PISTOLARVM
LACONICARVM,
LIBRI QVATTVOR.

ETRI ANDREAE
CANONHERII.
ilosophiæ, Medicinæ, & Sacræ
Theologiæ Doctoris.

AD
LLVSTRISSIMVM, ET REVER.
BENEDICTVM
Iustinianum
Sacrosanctæ Rom. Eccl. Card.
Amplissimum.







FLORENTIAE,
Apud Volcmariū Timan Germanum,
Patrum non sine permissu. 1607.

BENEDICTO IVSTINIANO, Cardinali Amplissimo.

PETRVS ANDREAS CANONHERIVS, S. D.



Pistolæ Laconicæ, quas Iuuenis elucubraui te auspice, et sub amplissimi tui nominis nuncupatione in lucem prodeunt; Tuo enim titulo decoratæ, ac patrocinio fretæ Aristarcorum lituris non expungentur, nec inuidorũ mor

sus pertimescent. Quis enim est, qui tāti Principis, qui rem litterariam gratissimorū officiorum pabulo fouet; quique cardinalitiam personam, non solum consilio de rebus futuris, iudicio de præteritis, denique rerum existentium intelligentia sustinet, verum etiam fide, religione, ac pietate tanta honestat, vt nomen Cardinalis vincat magnitudine virtutis, nomen præseferentes vngue critico audeat perstringere? Quam ob rem si eas hilari fronte acceperis, nemo naso suspendet adunco,

&

& nominis immortalitatem magis mihi ex te pollicebor, quàm tibi ex hoc opere meo. Romæ Kal. Decembris. 1607.





ſus pertimeſcent. Quis enim eſt, qui tāti Principis, qui rem litterariam gratiſsimorū officiorum pabulo fouet, quique cardinalitiam perſonam, non ſolum conſilio de rebus futuris, iudicio de præteritis, denique rerum exiſtentium intelligentia ſuſtinet, verum etiam fide, religione, ac pietate tanta honeſtat, vt nomen Cardinalis vincat magnitudine virtutis, nomen præſeferentes vngue critico audeat perſtringere? Quam ob rem ſi eas hilari fronte acceperis, nemo naſo ſuſpendet adunco,

&

& nominis immortalitatem magis mihi ex te pollicebor, quàm tibi ex hoc opere meo. Romæ Kal. Decembris. 1607.





EPISTOLARVM LACONICARVM, LIBER PRIMVS.

Octauio Martio.

MIHI persuadeo Epistolam post cœnam te exarasse, quando mihi valetudinario ieiunium laudas; Nam plenus venter facilè de ieiunijs disputat, sed scito valetudinem sustentari notitiā sui corporis. Vale.

Eidem.

Communi malo implicamur, noli tu æger sine me curationem obire, & si adhibere velis, remedia communica, quia in eodem valetudinario, mea ossa eandem maciem probant. Age.

Hæretico.

Tu ne religionem contemnis? proprium sensum sequutus, filium Dei teuocas, nec te pudet Deum vxoriū, teque spurium facere, cum eorum Deus non possit esse pater, quorum Ecclesia non est Mater? Stulte.

Iō: Andreæ Rouetto.

ibrum ad huc mihi non reddidisti, reddirum scribas. Ego si contingeт errimum, & valde sab illo mutatum ipere, acceptum negabo; nam paria it non reddere, ac reddere deterio-

Amico Guloso.

Dictitare soles omnia exculēta, & Po llent a sine vlla reprehēsione elui opti a esse, cum ad ea Natura procliuiori, uadam propēnsione feratur. falleris; on enim gulæ, irritamenta introduxit atura, verum voluptas. Nebulo.

Syluio Ferrario.

Sanus multa scripsisti, verum tamen epistolæ tuæ me ægrotū & lęthali mor bo laborantem offenderunt. Paucissima scribo. Salue, Vale, Viue.

Octauio Martio

Certiorem me facis, multorum ma lorū causam fuisse infœlicem Antonij amicitiam, multaque pericula tibi importasse. Doleo. Atqui si corrumpi no lebas ab improborum abstinendū erat consuetudine: fuge in posterum fumū, & erupturam flammam facillime vitabis. Sapis.

Petro Hieronymo, Gentili,

Fas fortasse nō est ab Aristotele dissē

tire

tire, multa habeo de tuis carminibus di cenda, si auctoritati non deferrem, habe rem quæ refellerem.

Pædagogo cuidam

Schola tua non leuiùs personat verborũ stridore, nihil [vt arbitror] tibi est suauius, quam eiulatium puerorũ voces audire, & longissimo temporis spatio cæsorum lachrimis, ac gemitu miserando pasci. At scias velim illos maiores natu factos, eandem sæuitiam, & paulò crudeliorem verbis, & verberibus, in te, nunc furiosè debacchantem in tuum caput conuersuros. Miser.

Ad me contumeliosè scribis, ea de re vtrique nostrum cognita, me suffusum esse Pudore, fateor. sed tibi, qui animi morbos inutili pudore dissimulas, accidet, vt malo in apertum erumpente, tum miseriùs, tum frustra erubescas. Cogita.

Alberto Ruffino

Tu maiorem in modum Petrum Paulum mihi commendas, vt illum hospitio meo suscipere non grauer. Scias velim Hominem lubricæ fidei, & incertarum partium, mea nó esse dignum amicitiã. Tace.

Sebaſtiano Accurſio.

Fruſtra laboras, ſi credas in meliorē artem Antonii naturam vergere poſ-. Rami, qui torquentur aliò, quã Natura poſuerat, ſublato impedimẽto rurſum vergunt eodem, quò prius. Ingeniũ natiuamque indolem, neque aſtuta vulpes, neque poeni leones vnquam mutarunt. Crede.

Amico inuido:

Tandem principem adij, quidquid petij facillimè impetraui, Vt inuidia diſrũparis hæc ſcire te Volo. Geme.

Bonifatio Vannotio.

Cum certo ſciam a tè multa, eaque præclara ſcripta eſſe, quæ litteris committi poſsunt, Velim & meum ipſe nomen quam celerrimè monumentis commendari tuis. luna enim ſua deſtituta luce, lucet aliena. Viue.

Octauio ſuo.

Ne tu peſsime egiſti cõmemorando, que odium in te, & vltionem excitent, Noli, ea refricare, quorum iam tempus induxit obliuionem, Non eſt mihi crede, renouandum animi vulnus cui iam cicatrix cœpit obduci. Ceſsa.

vire, multa habeo de tuis carminibus dicenda, si auctoricati non deferrem, haberem quæ refellerem.

Pædagogo cuidam

Schola tua non leuiùs personat verborũ stridore, nihil [vt arbitror] tibi est suauius, quam eiulātium puerorũ voces audire, & longissimo temporis spatio cæsorum lachrimis, ac gemitu miserando pasci. At scias velim illos maiores natu factos, eandem sæuitiam, & paulò crudeliorem verbis, & verberibus, in te, nunc furiosè debacchantem in tuum caput conuersuros. Miser.

Ad me contumeliosè scribis, ea de re vtrique nostrum cognita, me suffusum esse Pudore, fateor. sed tibi, qui animi morbos inutili pudore dissimulas, accidet, vt malo in apertum erumpente, tum misèriùs, tum frustra erubescas. Cogita.

Alberto Ruffino

Tu maiorem in modum Petrum Paulum mihi commendas, vt illum hospitio meo suscipere non grauer. Scias velim Hominem lubricæ fidei, & incertarum partium, mea nõ esse dignum amicitiā. Tace.

Se-

Sebastiano Accursio.

Frustra laboras, si credas in meliore partem Antonii naturam vergere posse. Rami, qui torquentur aliò, quã Natura posuerat, sublato impedimẽto rursum vergunt eodem, quò prius. Ingenium natiuamque indolem, neque astuta vulpes, neque poeni leones vnquam mutarunt. Crede.

Amico inuido:

Tandem principem adij, quidquid petij facillimè impetraui, Vt inuidia disrũparis hæc scire te Volo. Geme.

Bonifatio Vannotio.

Cum certò sciam a tè multa, eaque præclara scripta esse, quæ litteris committi posfunt, Velim & meum ipse nomen quam celerrimè monumentis commendari tuis. luna enim sua destituta luce, lucet aliena. Viue.

Octauio suo.

Ne tu pessime egisti cõmemorando, que odium in te, & vltionem excitent, Noli, ea refricare, quorum iam tempus induxit obliuionem, Non est mihi crede, renouandum animi vulnus cui iam cicatrix cœpit obduci. Cessa.

Eidem

Eidem.

Grauius minaris, sed[queso] cur ista minitaris amicis tuis? ignoras fortasse apud amicos, amicos impune quiduis nugari, atque effutire?

Eidem.

Quem mihi laudas, nō est laude dignus nisi ex alienis mauis, quàm ex suis virtutibus laudare. Abi,

Eidem.

Homo ille tuus quadragenarius, senio, poedore, fame, dolore, malisque omnibus confectus, videtur mihi quoddā mancipium ad circumagendas molas satis accommodatum. frustra aetatem in litteris contriuit, & eam doctrinam cō parauit, quam si pecus in litteras assiduè incubuisset. Quid tibi?

Eidem.

Epistolam tuam ambiguam recepi, quam multi interpretari conati, tādem omnes asseruere, ipsum Interpretem Interprete maximè egere. Quare cum idé sit non respondere, atque obscurè respondere iterum scribas.

Eidem.

A me nummos, quos mutuos dedisti repo-

reposcis· Nihil tibi debeo, nam non debere, vel nondum conueniri posse agata sunt.

Gaspari Condo.

Ex sententia tua Florentiæ negocium confeci, kal. Noue. Adesse iubes, sequor epistolam, ac fortasse illam etiam anteuertam. Vale fœliciter.

Arcangelo Mondano.

Qui abs te mihi allatus est Dialogus, dici nõ potest quàm libenter acceptus est, ostendit enim profectò vir ille, se Cicerone dignum, vel Demosthene, quorum animas permeare corpus Pytaghorici existimarent. Vale vt cupio.

Amico.

Comprime istam tuam exultantem, & temerariã lætitiã, immò occulta, ne de friuolis rebus gloriari videaris, Paucissima obtinuisti, & ne digna quidẽ cõ memoratione. Verum si aliter faceres infirmam naturam tuam iniuria afficeres. Nam vilissimę conditionis Homines nõ secus de minimis exultant, quã si Imperium essent adepti. Stulte.

Amico.

Quod perperam mihi es furatus, quã primum restituas, ne duris Conscientiaę Sti-

Eidem.

Grauius minaris, sed [queso] cur ista minitaris amicis tuis? ignoras fortasse apud amicos, amicos impunè quiduis nugari, atque effutire?

Eidem.

Quem mihi laudas, nō est laude dignus nisi exaliens mauis, quàm ex suis virtutibus laudare. Abi,

Eidem.

Homo ille tuus quadragenarius, senio, poedore, fame, dolore, malisque omnibus confectus, videtur mihi quoddā mancipium ad circumagendas molas satis accommodatum. frustra aetatem in litteris contriuit, & eam doctrinam cōparauit, quam si pecus in litteras assiduè incubuisset. Quid tibi?

Eidem.

Epistolam tuam ambiguam recepi, quam multi interpretari conati, tādem omnes asseruere, ipsum Interpretem Interprete maximè egere. Quare cum idē sit non respondere, atque obscurè respondere iterum scribas.

Eidem.

A me nummos, quos mutuos dedisti repo-

reposcis: Nihil tibi debeo, nam non debere, vel nondum conueniri posse agnata sunt.

Gaspari Condo.

Ex sententia tua Florentiæ negocium confeci. kal. Noue. Adesse iubes, sequor epistolam, ac fortasse illam etiam anteuertam. Vale fœliciter.

Arcangelo Mondano.

Qui abs te mihi allatus est Dialogus, dici nō potest quàm libenter acceptus est, ostendit enim profecto vir ille, se Cicerone dignum, vel Demosthene, quorum animas permeare corpus Pytaghorici existimarent. Vale vt cupio.

Amico.

Comprime istam tuam exultantem, & temerariā lætitiā, immò occulta, ne de friuolis rebus gloriari videaris, Paucissima obtinuisti, & ne digna quidē cō memoratione. Verum si aliter faceres infirmam naturam tuam iniuria afficeres. Nam vilissimę conditionis Homines nō secus de minimis exultant, quā si Imperium essent adepti. Stulte.

Amico.

Quod perperam mihi es furatus, quā primum restituas, ne duris Conscientiaę Sti-

Stimulis animus agitetur. Redde.

Scelesto.

Vita tua tota est plena flagitij, dedecoris, & cuiusdã nefariæ turpitudinis, quæ tibi quoquè æternas inuret maculas, quas, quamdiù viues, nunquam vel Oceani-vndis eluere poteris. Ad meliorem te frugem recipe.

Calummiatori.

Semper aliquem iniuria afficis, quasi tuæ stultitiæ grauissimas pœnas pendere non deberes, tantaque pœna affici, quantam iniuriarum magnitudo patietur. Maior fortasse pœna futura, est quã culpa, & quantò tardiùs tibi persoluent tantò magis supplicia crescent. Miser

Cuidam olim amico.

Non potes aequo animo pati, insignis alicuius viri celebritatem, & cõmendationem. Quid enim veneno inuidiæ intumescis erecto capillo, liuidis oculis inflato collo, tumidis ceruicibus hùc, atque illùc cursitas, quærens si quẽ spiritu rabido, ac venenato possis aspergere. Ac quot quot offendis nec lacessitus, nec vllo verbo violatus, in eos desæuiens eructas virus acerbitatis tuæ. Scito, quod nemo est [hercle] qui te ita pallidum, macie cõfectum, anhelantem

genua ægrè trahentem conſpiciar, iam te tanquam ma'um quoddam omē abominetur, & deteſtetur, quique ſimulacrum ipſum inuidiæ, & liuoris intueri non arbitretur.

Io. Baptiſtæ Longo.

Non eſt cur me de ficta amicitia accuſes, mihi enim cum licet, do amanti cum eget. Si enim cibum non appetentibus porrigerem, iniucundus eſſet, quin, & ſaturis faſtidium afferret, appetentibus vero, & fameſcentibus etiam minus apparatiores cœnæ ſunt iucundæ. Itaque tanquàm verus amicus in aduerſis amicos non deſeram: imo faciā, quia vera poſtulat amicitia. Vale cum familiaribus, & amicis omnibus.

Petro Paulo Turri.

Precibus obtinuiſti, quod nummis nequibas, quodq; gratis accepiſſe credis, non leui mercede emiſti, quamuis haud quaquàm gratis accipiatur, quod precibus emitur, immo nihil emitur carius, quàm quod precibus impetratur. Qua re velim vt id primo quoquè tempore reſtitueres largitori. Ita ſentio.

Muſcas imitatus, quæ non ad culinā, ſed ad nidorem aduolant, reuolantque. Fortunam in amicitijs, nō fidem ſeque-

Stimulis animus agitetur. Redde.

Scelesto.

Vita tua tota est plena flagitij, dedecoris, & cuiusdã nefariæ turpitudinis, quæ tibi quoque æternas inuret maculas, quas, quamdiù viues, nunquam vel Oceani-vndis eluere poteris. Ad meliorem te frugem recipe.

Calummiatori.

Semper aliquem iniuria afficis, quasi tuæ stultitiæ grauissimas pœnas pendere non deberes, tantaque pœna affici, quantam iniuriarum magnitudo patietur. Maior fortasse pœna futura, est quã culpa, & quantò tardiùs tibi persoluent tantò magis supplicia crescent. Miser

Cuidam olim amico.

Non potes aequo animo pati, insignis alicuius viri celebritatem, & cõmendationem. Quid enim veneno inuidiæ intumescis erecto capillo, liuidis oculis inflato collo, tumidis ceruicibus hùc, atque illùc cursitas, quærens si quẽ spiritu rabido, ac veneñato possis aspergere. Ac quot quot offendis nec lacessitus, nec vllo verbo violatus, in eos desæuiens eructas virus acerbitatis tuæ. Scito, quod nemo est [hercle] qui te ita pallidum, macie cõfectum, anhelantem

ac

ac genua ægré trahentem conſpiciat, quin te tanquam ma'um quoddam omnĕ abominetur, & deteſtetur, quiquè ſimulacrum ipſum inuidiæ, & liuoris intueri non arbitretur.

Io. Baptiſtæ Longo.

Non eſt cur me de ficta amicitia accuſes, mihi enim cum licet, do amanti cum eget. Si enim cibum non appetentibus porrigerem, iniucundus eſſet, quin, æ ſaturis faſtidium afferret, appetentibus vero, & fameſcentibus etiam minus apparatiores cœnæ ſunt iucundæ. Itaque tanquàm verus amicus in aduerſis amicos non deſeram: imo faciã, quæ vera poſtulat amicitia. Vale cum familiaribus, & amicis omnibus.

Petro Paulo Turri.

Precibus obtinuiſti, quod nummis nequibas, quodq; gratis accepiſſe credis, non leui mercede emiſti, quamuis haud quaquàm gratis accipiatur, quod precibus emitur, immo nihil emitur carius, quàm quod precibus impetratur. Qua te velim vt id primo quoquè tempore reſtitueres largitori Ita ſentio.

Muſcas imitatus, quæ non ad culinã, ſed ad nidorem aduolant, reuolantque. Fortunam in amicitijs, nõ fidem ſeque-

ris. Ades secundis, aduersis abes. Hęc sęua tempestas arguit quandam amicitiam,& te fucatū Amicum detegit Ideo omnes, Vale, dicunt amicitiæ tuæ,scilicet animum turpi simum nemo ferre potest. Crede.

Amico.

Rideo stultitiam tuam, qui fles amore saucius, & amice famularis, cū prius quàm amares, maximum malum seruitutem iudicares. Nunc optas amore liberari, non secus, quàm ab alio quodā morbo, & liberationem curas validiore necessitate ligatus, quám si ferreis vinculis impeditus fores. Salus in te posita est, cum nullus exterior artifex hunc tuum morbū sanare possit. Spera.

Cuidam Procuratori.

Si acerbè,contumeliosè, & procaciter in Principis causam inueheris, temeritatis tuę pœnam lues. Nam tanquam portentum Principes sunt reformidandi, quippe qui tot manibus,& pedibus, etiam magna celeritate fugientem consequi possint,tot oculis,tot auribus,ne reliqua parúm honesta commemorem sunt instructi. Time.

Martio suo.

Mihi grauius minaris,ac si in me Imperium

perium haberes Moues mihi risum. Multa per iram dicuntur, quę per animi pacem omittuntur. Tam facilè irasceris?

Eidem.

Cupis amicitiam nostram non claudicare, noli eius habenas adducere, vel remittere, quó velis, me inuito. Quare ea de re amplius loqui, tanquam igne, & aqua sit tibi interdictum. Vale pro tuis meritis.

Eidem.

Voluntas recta est, eädem erga te obseruantiam, quam antea, retinere non credis? Experire.

Flaminio Parisetto.

Quàm sis in nihil agendo occupatus, & si tu nihil ea de re ad me scripsisses, id tamen vel profectò tuarum litterarum breuitas, vel ignauia ipsa, qua tu maximè abundas, mihi satis significasset, nisi vel Pythagoream disciplinā recepisses, vel certè mihi occupationibus obruto aliquam rationē suaderes, vel deniquè antiqnam, & nouam opinionem imbibisses animo, pauca, & idonea melius esse effundere, quàm superuacaneis Homines prægrauare. De me velim existimes te mihi esse gratissimum.

EPISTOLARVM LACONICARVM, LIBER PRIMVS.

Octauio Martio.

MIHI persuadeo Epistolam post cœnam te exarasse, quando mihi valetudinario ieiunium laudas; Nam plenus venter facilè de ieiunijs disputat, sed scito valetudinem susten tari notitia sui corporis. Vale.

Eidem.

Communi malo implicamur, noli tu æger sine me curationem obire, & si adhibere velis, remedia communica, quia in eodem valetudinario, mea ossa eandem maciem probant. Age.

Hæretico.

Tu ne religionem contemnis? proprium sensum sequutus, filium Dei te uocas, nec te pudet Deum vxoriũ, teque spurium facere, cum eorum Deus non possit esse pater, quorum Ecclesia non est Mater? Stulte.

Iõ: Andreæ Rouetto.

Librum ad huc mihi non reddidisti, cum redditum scribas. Ego si continget deterrimum, & valde ſab illo mutatum accipere, acceptum negabo; nam paria sunt non reddere, ac reddere deterio-ra.

Amico Guloso.

Dictitare soles omnia esculēta, & Poculenta sine vlla reprehēsione esui optima esse, cum ad ea Natura procliuiori, quadam propensione feratur. falleris; non enim gulæ, irritamenta introduxit natura, verum voluptas. Nebulo.

Syluio Ferrario.

Sanus multa scripsisti, verum tamen epistolæ tuæ me ægrotū & lethali morbo laborantem, offenderunt. Paucissima scribo. Salue, Vale, Viue.

Octauio Martio

Certiorem me facis, multorum malorū causam fuisse infœlicem Antonij amicitiam, multaque pericula, tibi importasse. Doleo; Atqui si corrumpi nolebas ab improborum abstinendū erat consuetudine: fuge in posterum fumū, & erupturam flammam facillime vitabis. Sapis.

Petro Hieronymo, Gentili.

Fas fortasse nō est ab Aristotele dissé

uire, multa habeo de tuis carminibus di cenda, si auctoritati non deferrem, habe rem quæ refellerem.

Pædagogo cuidam

Schola tua non leuiùs personat verborũ stridore, nihil [vt arbitror] tibi est suauius, quam eiulatium puerorũ voces audire, & longissimo temporis spacio cæsorum lachrimis, ac gemitu miseran do pasci. At scias velim illos maiores natu factos, eandem sæuitiam, & paulò crudeliorem verbis, & verberibus, in te, nunc furiosè debacchantem in tuum caput conuersuros. Miser.

Ad me contumeliosè scribis, ea de re vtrique nostrûm cognita, me suffusum esse Pudore, fateor. sed tibi, qui ani mi morbos inutili pudore dissimulas, ac cidet, vt malo in apertum erumpente, tum miseriùs, tum frustra erubescas. Cogita.

Alberto Ruffino

Tu maiorem in modum Petrum Paulum mihi commendas, vt illum hospitio meo suscipere non grauer. Scias velim Hominem lubricæ fidei, & incerta rum partium, mea nõ esse dignum ami citia. Tace.

Sebastiano Accursio.

Frustra laboras, si credas in meliorẽ partem Antonii naturam vergere posse. Rami, qui torquentur aliò, quã Natura posuerat, sublato impedimẽto rursum vergunt eodem, quò prius. Ingeniũ natiuamque indolem, neque astuta vulpes, neque poeni leones vnquam mutabunt. Crede.

Amico inuido:

Tandem principem adij, quidquid petij facillimè impetraui, Vt inuidia disrũparis hæc scire te Volo. Geme.

Bonifatio Vannotio.

Cum certò sciam a tè multa, eaque præclara scripta esse, quæ litteris committi possunt, Velim & meum ipse nomen quam celerrimè monumentis commendari tuis. Luna enim sua destituta luce, lucet aliena. Viue.

Octauio suo.

Ne tu pessime egisti cõmemorando, que odium in te, & vltionem excitent, Noli, ea refricare, quorum iam tempus induxit obliuionem, Non est mihi crede, renouandum animi vulnus cui iam cicatrix cœpit obduci. Cessa.

Eidem

tire, multa habeo de tuis carminibus dicenda, si auctoritati non deferrem, haberem quæ refellerem.

Pædagogo cuidam

Schola tua non leuiùs personat verborũ stridore, nihil [vt arbitror] tibi est suauius, quam eiulatiuu puerorũ voces audire, & longissimo temporis spatio cæcorum lachrimis, ac gemitu miseran do pasci. At scias velim illos maiores natu factos, eandem sæuitiam, & paulò crudeliorem verbis, & verberibus, in te, nunc furiosè debacchantem in tuum caput conuersuros. Miser.

Ad me contumeliosè scribis, ea de re vtrique nostrum cognita, me suffusum esse Pudore, fateor. sed tibi, qui animi morbos inutili pudore dissimulas, accidet, vt malo in apertum erumpente, tum miseriùs, tum frustra erubescas. Cogita.

Alberto Ruffino

Tu maiorem in modum Petrum Paulum mihi commendas, vt illum hospitio meo suscipere non grauer. Scias velim Hominem lubricæ fidei, & incertarum partium, mea nõ esse dignum amicitia. Tace.

Sebastiano Accursio.

Frustra laboras, si credas in meliorē partem Antonii naturam vergere posse. Rami, qui torquentur aliò, quã Natura posuerat, sublato impedimẽto rursum vergunt eodem, quò prius. Ingeniũ natiuamque indolem, neque astuta vulpes, neque poeni leones vnquam mutabunt. Crede.

Amico inuido:

Tandem principem adij, quidquid petij facillimè impetraui, Vt inuidia dirũparis hæc scire te Volo. Geme.

Bonifatio Vannotio.

Cum certò sciam a tè multa, eaque præclara scripta esse, quæ litteris committi possunt, Velim & meum ipse nomen quam celerrimè monumentis commendari tuis. luna enim sua destituta luce, lucet aliena. Viue.

Octauio suo.

Ne tu pessime egisti cõmemorando, que odium in te, & vltionem excitent, Noli, ea refricare, quorum iam tempus induxit obliuionem, Non est mihi crede, renouandum animi vulnus cui iam cicatrix cœpit obduci. Cessa.

Eidem

Eidem.

Grauius minaris, sed [queso] cur ista minitaris amicis tuis? ignoras fortasse apud amicos, amicos impunè quiduis nugari, atque effutire?

Eidem.

Quem mihi laudas, nō est laude dignus nisi ex alienis mauis, quàm ex suis virtutibus laudare. Abi,

Eidem.

Homo ille tuus quadragenarius, senio, poedore, fame, dolore, malisque omnibus confectus, videtur mihi quoddā mancipium ad circumagendas molas satis accommodatum. frustra aetatem in litteris contriuit, & eam doctrinam cōparauit, quam si pecus in litteras assiduè incubuisset. Quid tibi?

Eidem.

Epistolam tuam ambiguam recepi, quam multi interpretari conati, tādem omnes asseruere, ipsum Interpretem Interprete maximè egere. Quare cum idē sit non respondere, atque obscurè respondere iterum scribas.

Eidem.

A me nummos, quos mutuos dedisti

repo-

reposcis. Nihil tibi debeo, nam non debere, vel nondum conueniri posse agnita sunt.

Gaspari Condo.

Ex sententia tua Florentiæ negocium confeci, kal. Noue. Adesse iubes, sequor epistolam, ac fortasse illam etiam anteuertam. Vale fœliciter.

Arcangelo Mondano.

Qui abs te mihi allatus est Dialogus, dici nõ potest quàm libenter acceptus est, ostendit enim profectò vir ille, se Cicerone dignum, vel Demosthene, quorum animas permeare corpus Pytaghorici existimarent. Vale vt cupio.

Amico.

Comprime istam tuam exultantem, & temerariã lætitiã, immò occulta, ne de friuolis rebus gloriari videaris, Paucissima obtinuisti, & ne digna quidẽ cõmemoratione. Verum si aliter faceres infirmam naturam tuam iniuria afficeres. Nam vilissimę conditionis Homines nõ secus de minimis exultant, quã si Imperium essent adepti. Stulte.

Amico.

Quod perperam mihi es furatus, quã primum restituas, ne duris Cõscientiæ

Sti-

Stimulis animus agitetur. Redde.

Scelesto.

Vita tua tota est plena flagitij, dedecoris, & cuiusdã nefariç turpitudinis, quæ tibi quoquç æternas inuret maculas, quas, quamdiù viues, nunquam vel Oceani vndis eluere poteris. Ad meliorem te frugem recipe.

Calummiatori.

Semper aliquem iniuria afficis, quasi tuæ stultitiæ grauissimas pœnas pendere non deberes, tantaque pœna affici, quantam iniuriarum magnitudo patietur. Maior fortasse pœna futura, est quã culpa, & quantò tardiùs tibi persoluent tantò magis supplicia crescent. Miser

Cuidam olim amico.

Non potes aequo animo pati, insignis alicuius viri celebritatem, & cõmendationem. Quid enim veneno inuidiæ intumescis erecto capillo, liuidis oculis inflato collo, tumidis ceruicibus huc, atque illùc cui sitas, quærens si quẽ spiritu rabido, ac veneato possis asper gere. Ac quot quot offendis nec lacessi tus, nec vllo verbo violatus, in eos desæuiens eructas virus acerbitatis tuæ. Scito, quod nemo est [hercle] qui te ita pallidum, macie cõfectum, anhelantem

ac

ac genua ægré trahentem conspiciat, quin te tanquam ma'um quoddam omē abominetur, & detestetur, quique simulacrum ipsum inuidiæ, & liuoris intueri non arbitretur.

Io: Baptistæ Longo.

Non est cur me de ficta amicitia accuses, mihi enim cum licet, do amanti cum eget. Si enim cibum non appetentibus porrigerem, iniucundus esset, quin, æ saturis fastidium afferret, appetentibus vero, & famescentibus etiam minus apparatiores cœnæ sunt iucundæ. Itaque tanquam verus amicus in aduersis amicos non deseram; imo faciā, quæ vera postulat amicitia. Vale cum familiaribus, & amicis omnibus.

Petro Paulo Turri.

Precibus obtinuisti, quod nummis nequibas; quodq; gratis accepisse credis, non leui mercede emisti, quamuis haud quaquam gratis accipiatur, quod precibus emitur, immo nihil emitur carius, quam quod precibus impetratur. Qua re velim vt id primo quoque tempore restitueres largitori. Ita sentio.

Muscas imitatus, quæ non ad culinā, sed ad nidorem aduolant, reuolantque. Fortunam in amicitijs, nō fidem seque-

erium haberes Moues mihi risum. Multa per iram dicuntur, quę per animi pacem omittuntur. Tam facilè irasceris?

Eidem.

Cupis amicitiam nostram non claudicare, noli eius habenas adducere, vel remittere, quó velis, me inuito. Quare ea de re amplius loqui, tanquam igne, & aqua sit tibi interdictum. Vale pro tuis meritis.

Eidem.

Voluntas recta est, eádem erga te obseruantiam, quam antea, retinere non credis? Experire.

Flaminio Parisetto.

Quàm sis in nihil agendo occupatus, & si tu nihil ea de re ad me scripsisses, id tamen vel profectò tuarum litterarum breuitas, vel ignauia ipsa, qua tu maximè abundas, mihi satis significasset, nisi vel Pythagoream disciplinā recepisses, vel certè mihi occupationibus obruto aliquam rationē suaderes, vel denique antiqnam, & nouam opinionem imbibisses animo, pauca, & idonea melius esse effundere, quám superuacaneis Homines prægrauare. De me velim existimes te mihi esse gratissimum.

Martio.

Turpe est summum Philosophum,& egregium Medicum in clarissimis rebus quasi infantem hæsitare. Sed ignarus mihi videris in hoc, cum dubitatio igno rantiæ equipolleat. Disce.

Martio.

Audio in impetu, atquè aliorum im pudentia pudoris tui existimationem amissam. Post hac igitur, eam moderationem adhibebis, vt facilè æqui rerum estimatores cognoscere possint, te in disputando aliqua in parte styli impetum cohibere, nec te omnes tuas vires, aduersus eiusmodi homines profun dere velle, sed intra modum agere, non secus, quàm si leo mansuefactus, cum domestico cane colluderet. Non enim omnium virium contentione vteretur, sed sustineret ipse sese, eoquè certamine, cum longe viribus inferiore, per acto vehementer oblectaretur. Audi.

Io Augustino Torpianæ.

Epistolam discursu implicito, ita obliquasti, vltro, citroque narrationem eius rei ita innexuisti, prima medijs, vltima primis inuoluens, vt Inferi, Superi me perdant, si verbum quidem intelligo. Vis, vt mentem tuam assequar,

cla-

clarius tu, & magis perſpicuè.

Martio.

Scire cupis quid reſponderit Paulus, mihi mandata tua exponenti. erubuit, expalluit, contremuit, verbo, titubauit, nequè quò ſe verteret, ſatis habebat.

Martio.

Te ſæpiſsimè admonui, cum mea à te monita viderem, deſiderari. Mihi perſuaſum erat, ea tibi adiumento futura. Verum Penelopis telam retexere viſus ſum. Quid agis?

Martio.

Me leuem, atquè inconſtantem appellas. Ego diſsimilem tui. Cum quæ, ſuſpicio in animo tuo reſidet, nimis apertè loqueris, mea ipſe facilis diſsimulo, ſcribas quidquid furor tuus dictabit. Amicitia noſtra, quanquam aliqua ex parte claudicabit, tamen ex multo maiori parte obtinebit nomē ſuum.

Si tollere maculam turpiſsimam voles, quam Octauio temere inuriſti, ſi vis dulce efficere, quod alte infeciſti, vindica te primo quoquè tempore, ne ira ad vltionem progrediatur. Id age.

Maleuolo.

Si poſt hac vipereæ linguæ procaci-

tate,eò vesaniæ processeris, vt doctissimorum hominum famam mordeas, iam tibi significatur fore, vt omnes ferro,& igne armati in te, vnum sæuiant, dentesquè conuellant ita, vt edentulus videaris, ab alijsqué dignoscaris. Comprime linguam.

Hieronymo Baldinotto.

Nemo huc se confert, quin laudibus maximis te extollat, & præsertim illam scientiam cum morum probitate coniũctam. Quod quidem mihi nouum haud est. Graue enim testimonium,& præclarum de hoc antea habueram. Quare tibi gratulor, mihi gaudeo, talia esse subiecta, qualia prædicata præmittunt Quousquè optatis rebus frui contingat, Valeas.

. . . . .

Octauij carmina mendosa non sunt, neque deprauata, vt ai . Nam doctissimi. Homines de illis optima quæquè senserunt, nullo odio impulsi, nullaquè maleuolentia colorati. Qui quemadmodum certa scientia ducebantur, non potuerunt de illis non præclaram ferre sententiam. Nequè hæc sunt prima scripta, quæ Hominibus tradidit legenda. Sed alia insuper in lucem prodierunt, quæ certó scio ad manus tuas imperitissimas peruenisse. Hæc tu si ne scis, aut dissimulas qualia sint dicent

omnes

omnes Italiæ Vrbes Florentissimæ. Incredibili enim applausu litteratissimorum Hominum sunt excepta. Scito.

Adultero.

Hoc vnũ valde miror, etiam ducta vxore, & pulcherrima, te nõ carere suspicione nefandæ libidinis. Quid nõ potest malæ cõsuetudinis corruptela? Cessa.

Legi amẽtissima carmina in Octauiũ conscripta Quid attinebat si laudis adipiscẽdæ cupidus eras, te tã fœda, tã inquinata, tã obscena carmina ad eũ mittere. Non ne si ingenio vales, si industria polles, aut si vlla vel dicẽdi, vel scribẽdi facultate præditus es, illa poteras istis apud te ostẽtare? Nonne magnũ istic habebas campũ, & apertũ cursũm ad laudẽ? Quorsũm igitur delireamẽta illa, & ineptiãs ad eũ scribis? Quę (malum) intemperantia te adegit? Quod monstrũ pręcipitẽ impulit, vt de illo, nõnullisq; alijs viris pręstantissimis, & in omniũ virtutũ clarissimarũ genere versatis tã male sẽtires, tã parũ honorificè loquereris? An fortasse tua insulsa carmina? Ec quando verbo ab illo violatus es, qui te omnino natum esse nesciebat? Ecquid in te admisit? At erras, mihi crede, toto Cœlo. Nõ enim inuenies, qui eiusmodi maledictis, & obtrectationibus aures accõmodet; Imo verò omnes inimicitias

& perpetuum bellum indixerint tibi. Quod quidem propediem, re ipsa tuo magno malo, & dedecore comperies. Te emenda.

Michaeli Angelo á Castro.

Quam Paulus epistolam misit, eam in præsentia tibi transmitto, cui respondeas quàm primum, vt illi quoquè rescribatur.

Martio.

... reprehendi. Pollicitus est emendationem; at uerò non fuit illa promissio, vt factis expleret, sed sermone tantum facta, cum canes imitetur, qui ad priores redeunt Dominos. Mihi credas affirmanti.

Eidem.

Quanto merore afflictum esse, & profligatum Iacobum putas, cui luctuosa Patris mors nupèr accidit? Ita fractus est animus eius, & omni spe orbatus, vt si abiectum, ac animo iacentem excitare quis cupiat, dolorem eius ad augeat & morbum animi continuò recrudescere cogat. Quare ad eum epistolam nullam mitto, quoniam sola temporis diuturnitas mitigare poterit. Sic est.

Mutio Manfredo.

Quod accurate re, & sermone tua negotia

gotia ad exitum perduxerim, immortales mihi per litteras gratias agis. Sed gratia non est illi referenda, qui quod debet facit. Ergo.

Hectori Maffæo.

Inimicitiæ mihi cum Ioanne susceptæ ipse autor fuisti, qui super hoc tardè scribis. Erant prius omnia consideranda, quã cogitationibus succumbẽdum. Cæterum quid opus sit, maturè videbimus. Tu verò cogita.

Eidem.

Antonij lucubrationes tanquam futiles, & inanes indocti respuère, Docti vero summopere laudauere. Quid ego sentiam, dicam legi, & perlegi Ita doctę & excultæ mihi visę sũt, vt neq; vel Mimus ipse posset eas carpere, vel Criticus reprehendere Tibi nulla est iuris Critici vsurpatio.

. . .

Amicum meum sepè iniuria affecisti, quasi ignarus, in me quoque redundare. Desiste, ne pœna maiora in dies capiat incrementa.

Amico.

Ad me quotidie facta tua non postulantem scribis, meaque, scire maximè cupis. Si tua mihi scripseris id mihi,

B 5 neque



& perpetuum bellum indixerint tibi. Quod quidem propediem, re ipsa tuo magno malo, & dedecore comperies. Te emenda.

Michaeli Angelo á Castro.

Quam Paulus epistolam misit, eam in præsentia tibi transmitto, cui respondeas quàm primum, vt illi quoquè rescribatur.

Martio.

reprehendi. Pollicitus est emendationem; at uerò non fuit illa promissio, vt factis expleret, sed sermone tantum facta, cum canes imitetur, qui ad priores redeunt Dominos. Mihi credas affirmanti.

Eidem.

Quanto mærore afflictum esse, & profligatum Iacobum putas, cui luctuosa Patris mors nupèr accidit? Ita fractus est animus eius, & omni spe orbatus, vt si abiectum, ac animo iacentem excitare quis cupiat, dolorem eius ad augeat & morbum animi continuò recrudescere cogat. Quare ad eum epistolam nullam mittito, quoniam sola temporis diuturnitas mitigare poterit. Sic est.

Mutio Manfredo.

Quod accurate re, & sermone tua negotia

gotia ad exitum perduxerim, immortales mihi per litteras gratias agis. Sed gratia non est illi referenda, qui quod debet facit. Ergo.

Hectori Maffæo.

Inimicitiæ mihi cum Ioanne susceptæ ipse autor fuisti, qui super hoc tardè scribis. Erant prius omnia consideranda, quā cogitationibus succumbẽdum. Cæterum quid opus sit, maturè videbimus. Tu verò cogita.

Eidem.

Antonij lucubrationes tanquam futiles, & inanes indocti respuère, Docti vero summopere laudauere. Quid ego sentiam, dicam legi, & perlegi Ita doctę & excultæ mihi visę sũt, vt neq; vel Mimus ipse posit eas carpere, vel Criticus reprehendere Tibi nulla est iuris Critici vsurpatio.

. . .

Amicum meum sępè iniuria affecisti, quasi ignarus, in me quoque redundare. Desiste, ne pœna maiora in dies capiat incrementa.

Amico.

Ad me quotidie facta tua non postulantem scribis, meaquè scire maximè cupis. Si tua mihi scripseris id mihi,



neque ingratum, neque molestum erit, mea quidem perscrutari noli. Nihil enim in his maiori curę est, quàm silentium. Tace.

Chrisostomo Talento.

Me tibi apud omnes laudanti gratias agere minime debeo, falsæ, vel verę sint laudes. Nam pro suis laudibus, nemo cuiquam debet. Sapi.

Io. Benedicto Fraugeæ.

Mendaces Pœtas imitatus omnia amori subiicientes puellam adolescens adamas. At vide non cupidini, sed morti subiecti sunt homines sempiternæ. Audi.

Eidem.

Si quod scribo non placet auribus, respue, aut deuora vt soles. Catapotia, epistola enim non abhorret à sacris Christianorum.

Francisco Bonamico.

Cardines negotij sunt caduci; non enim intus habent scalpturam vertibulatam. Si vertibulum refractum non accomodaueris machina versari non poterit. Cogita.

Amico.

Scribe, blasphema: Accommodaui patientiam lasciuientibus tuis moribus qui

qui tanto dedecore propemodum ad cō tumaciam cęteros amicos prouoc rēt Agnoſce patientiam, eaquè abuti noli.

Franciſco Vintæ.

Si cum acerbo ſtipulatore mihi negocium fuiſſet, ob moram, litem proculdubio non æſtimaſſet. Te vero nullos calculos reiecturum exiſtimabam: In mora enim nō fuiſſem. Veruntamen quod in primis actibus non incœpi, in quincto perſonam induam. Videbis.

Angelo Guicciardino.

Qui ſemel Romam tangunt in Patriam reuerti neſciunt, vt Vlyſsis ſocij guſtata lotho, ad naues, & ſocios reditum negligebant. Hic omnes annuam ſaltem Cathecheſim in Aulæ veſtibulis facere exoptant, vt deinde Cathecumeni proculdubio diſcedant. Percipe quę dico, quidque de . . . . ſentiam.

Vincentio Panciatico.

Non eſt cur me conſoleris nam quāuis inter incudem, & malleum poſitus ſim, tamen riſui ſępius, quam lachrymis indulgeo. Tu amico erga me ſis animo

Eidem.

Haud equidem doleo illum vita functum; Ita enim vixit, vt mortuus luctu dignus non videatur. Abeat

Alexandro Recordato.

Si semper eadem patientia speras, tibi licitam fore intermissionem litterarum, quæ aliquando pro temporis ratione tibi est permissa, longe ab erras; Nam hęc facultas ad tempus concessa, non vltra prorogata. Quamobrem cũ occupationes tuę meis assimiletur, quę his temporibus fere nullæ sunt, ad operas solitas te reuocant. Scribe.

Petro Antonio Vectio.

Carminibus tuis tantus inest sermonis lepos, munditia, & elegantia vt Musas ore tuo locutas vnusquisque rectissime arbitretur. Quotusquisque enim est, qui cum ea perlegerit, veras Hetrusci sermonis delicias non agnoscat, præclarissimorum Hominum monumentis nobilitatas? Qui ergo sacrosancta Musarum mysteria penetrare voluerit, tua iucundissima carmina studiose, diligenterque lectitet: doctrinam si quidé prudentiam, & eloquentiam abunde, cũ ulateque hauserit. Me amicitia tua dignum existima.

Thomę Stigliano.

Antiquum inter nos commercium litterarum quęso restituas. Non enim Tabellariorum penuria nunc te excusare potest

potest. Si prolixę epistolę laborem fugis, paucissimis scribas. Cessas? Arripę calamum.

Iacobo Vandono.

A litteris mittendis, etiam si occupatissimus sim, non desinam, quousquè durissimum silentium tuum non frangam, vel indignationem, iram, risum, iocos, vel seria scribas, modo tuas accipiam litteras paruipendo, quid mali ad me scribere possis. Scribendi argumentum tibi non est defuturum. Si non scripseris, longi silentij te pęnitebit & prętęr quam, quòd ea experieris, quę numquam expertus es, taciturnitatem tuã pari loquacitate puniam. Interim perge me amare, & Vale.

Iacobo Panciatico.

Amicus memor, obseruator, & amãs tui sum. Idem erga me vt facias etiam, atquè etiam te rogo.

Scipioni Paitę.

Non possum cum ijs amicitia esse coniunctus, quorum vita est sordida, inhonesta, quasiquè ob contumelias ferẽdas facta. Quarè, obsecro, tu de hoc ne verbum quidem ad me.

Iacobo Panciatico.

Verè ex animo tibi condolui, vbi acce-

pi

pi mortem præclari Patris tui. Tu nūc cogitationibus agitaris, quæ vsquam te consistere per aliquod tempus non patientur. Oro Deū, vt fias quàmprimū liber.

Amico.

Rerum presentium secunda fortuna sublatus, futuri curam negligis? Idem exitus initio fortasse non respondebit. Interim cogita diem nondum ad vesperam decurrisse. obrepit.

Pedagogo.

Tu apud indoctos tuam solum modo ostentas eruditionem. Sed quid causæ est te ex tempore duo saltem verba latina, sine fœdissima hæsitatione, & titubatione proferre non posse? Toties a pueris & victus, & profligatus summo dedecore, & ignominia sempiterna oppressus: non horres litteratorum conspectum? Pudeat.

Petro hieronymo Gentili.

Si vnica solutione tantum æs meūm contractum soluere te credas, tota via aberras. Non enim epistola, & ea breuissima omnibus respondet. Quare redde, quod debes, & quàm primum. Non enim est absolutus debitor, qui aliqua, sed qui omnia reddidit. Redde.

Accursio de Accursijs.

Non

Non est cur me,vt practicã medicinã exerceam,adhorteris,& si ex ea magnus sit situtus quæstus, cum nihil recte fiat aduersante, & repugnãte natura. Quod ipsa negat, nemo feliciter audet. Omitte hanc curam.

Raphaeli Gualtero.

Vitium est timidorum semel, & vanè aliquid tentatium, rem omniaquè deserere. Oportet idem sępius experiri,neque statim defatigari, cũ parum ex animi sententia cadat. Nam iterum, atquè iterum attentanti fælicius aliquãdo vertet,qui tota die iaculatus,non aliquando collimet? Durate [inquit ille]

Philippo Saluiato.

Nisi in negotio me addiuuares, profectò ruerem. Nã, & si scribis mihi esse ingeniũ illius rei capax fateor, si sano modo, rectoqué intelligatur. An nescis,& oculis facultatem inesse vidẽdi, nihilta men videre, nisi se illis lumen infuderit Me habes. Lumen infunde,& videbo.

Martio.

Iure merito Amici notauerunt tuã superbam abstinentiam,cum in tam lauto côuiuio, reliquis omissis ferculis vili tantum cibo vsus fueris. Ideò suspicio nẽ dedisti te tantũmodo pulté viuere cõ sueuisse. Hucusque ignorasti in côuiuiis temperantiam minimè audari, signare.

Scelesto.

Tot tantaquè, quę perpetrasti, nunc te vexant scelera, & agitant, te tuæ malę cogitationes, conscientiæquè animi terrent; Scias hæc omnia esse, prænuncia maximæ pœnæ.

Gentili suo.

Libros Amicorum per otium maxima auiditate legebam, tu verò mihi succenses, qui tuum legere volo, sed quod volo id efficit temporis inopia. Noli irasci.

Eidem.

Præclarissimos tibi libros, furto æis ereptos esse, occultare debebas. Occasio furem facit. Semina nisi humi tegantur, auium prçda fiunt. Inconsultę.

Amico.

Ad altiores euectus dignitates, temerè existimabas sinè molestijs viuere posse, cum modo magis, magisquè cruciaris. An ignorabas, arbores quò altius ad superiora consurgunt, ventorum vi, eó vehementius perflari? Stultè.

Martio suo.

Velim vt stabile iaceres fundamentum, ac magis virtutem, quàm opinionem adamares. Vmbrę enim, quamuis sępe

ſæpe corpore maiores videantur, citius tamen euaneſcunt. Virtus immobilis, & ſempiterna eſt. Stude diligenter.

Simoni Verouio

Epiſtolæ tuæ, quamuis ſuauiter con ſcriptæ, nihil ſolatij afferunt meis. Nō enim tua iucundiſsima præcepta memoria triſti colere poſſum. Sed ſi mihi horrenda, & permoleſta ſcripſeris totum animum lætus adijciam. Miſeranda expecto.

Cyriaco Matheo.

Et ſi pudor, quem mihi natura tribuit, ſatis me commouere poterat, vt omiſſo omni ſcribendi genere in mea tantum ſtudia pacato, ac tranquillo animo incumberem, fecit tamen beneuolentia tua erga omnes, vt hanc ad te darem. Poterant quidem me nocturnæ tuæ, ac diurnæ occupationes, & iuſtus timor meus ab hoc ſcribendi officio reuocare. Verum tuum humanitatis ſingularis iudicium mihi iam fuit planè perſpicuū, & in ancipiti meo, periculoſoque negocio experiendum, vt cognoſcere tādem poſsim, quid mihi illud polliceatur. Pollicetur enim plurimum: Quandoquidem, quantum in me eſt obſequij, ac reuerentiæ, tantum in te virum perfectum, & ingenio excultum, eſt voluntatis, & quanto negotio plura obſiſtunt,

impe-

impedimenta,tãto tuam humanitatem potentiorem,& in me æquiorẽ fore confido: Quamobrem te etiam,atquè etiã rogo, vt mea spes, quæ in te vno posita est non euanescat, mihiquè quàmprimũ rescribas,quę sit futura de hoc voluntas tua.

Hieronymo Guicciardino.

Raimondum virum doctum, & probum, & omnium amicitia dignum tibi commendo, tibiquè committo existimationem ac spem negotij sui. Ne spes eũ fallat omnibus precibus à te contendo: facies enim quæ te decent, & quæ mihi gratissima sunt futura. Facias.

Eidem.

Alias . . . . . tibi maiorem in modum commendaui nec dubito eiusmodi commendationem illi maxime adiumento fuisse. Nunc cognita scelesti hominis nequitia, visum est mihi benignitati tuæ significare, summum illum proditorem esse, vt quiuis possit ab illius fraudibus sibi cauere. Si quid preces meę apud te illi proderant, nunc scias me detecta illius fraude sententiam mutasse; atquè omnes eius præstigias horrere.

Bonifatio Vannotio.

Multos antea tibi cõmendaui Nunc verò qui tibi has reddet, cum amicorũ com-

commendationibus gratissimus semper extiterit primo loco ponatur velim. Quare eum in rebus omnibus ita tractes, vt intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. Magnæ tibi curæ id sit.

Io: Andreæ Rouetto.

Noli mihi succensere, cur te amore præcipuè non prosequar; nam & amor ex natura simili quadam, & morum cõformitate exoritur; nequè fieri potest, vt omnes, quamvis inseparabiles eodem amore ament. præsertim cum sit inter amãtes quidam ordo, vt hic primus sit apud amicum, ille secundus, alius tertius, aut quartus, quemadmodum in testamentis est primus, secundus, tertius hæres. Amoribus tuis potiare.

Amico Litigioso.

Lis liti, veluti vnda, vndæ superuenit. Confecta vna subinde a ia, atquè ilia emergit. Ita vnum incommodum tollis, vt eius loco plura reponas. Nisi omnia simul missa feceris, plura semper renascentur. Intellige.

Hæretico.

Putas'ne Catholicis insulsis tuis nu-is, falsam cum vera doctrina permiscẽ o, aliquid falsi persuadere, Vel tu a dul erinos nummos supponas, cognosce-ius, oculo, & pódere metiemur. Miser.

Bidem

impedimenta, tãto tuam humanitatem potentiorem,& in me æquiorē fore con fido: Quamobrem te etiam, atque etiã rogo, vt mea spes, quæ in te vno posita est non euanescat, mihiquè quàmprimũ rescribas, quę sit futura de hoc voluntas tua.

Hieronymo Guicciardino.

Raimondum virum doctum, & probum, & omnium amicitia dignum tibi commendo, tibiquè committo existimationem ac spem negotij sui. Ne spes eũ fallat omnibus precibus à te contendo: facies enim quæ te decent, & quæ mihi gratissima sunt futura. Facias.

Eidem.

Alias . . . . tibi maiorem in modum commendaui nec dubito eiusmodi commendationem illi maxime adiumento fuisse. Nunc cognita scelesti hominis nequitia, visum est mihi benignitati tuæ significare, summum illum proditorem esse, vt quiuis possit ab illius fraudibus sibi cauere. Si quid preces meę apud te illi proderant, nunc scias me detecta illius fraude sententiam mutasse; atquè omnes eius præstigias horrere.

Bonifatio Vannotio.

Multos antea tibi cõmendaui Nunc verò qui tibi has reddet, cum amicorũ

com-

commendationibus gratissimus semper extiterit primo loco ponatur velim. Quare eum in rebus omnibus ita tractes, vt intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. Magnæ tibi curæ id sit.

Io: Andreæ Rouietto.

Noli mihi succensere, cur te amore præcipuè non prosequar; nam & amor ex natura simili quadam, & morum cōformitate exoritur; neque fieri potest, vt omnes, quamvis inseparabiles eodem amore ament. præsertim cum sit inter amātes quidam ordo, vt hic primus sit apud amicum, ille secundus, alius tertius, aut quartus, quemadmodum in testamentis est primus, secundus, tertius gres. Amoribus tuis potiare.

Amico Litigioso.

Lis liti, veluti vnda, vndæ superuenit. Confecta vna subinde a ia, atquè lia emergit. Ita vnum incommodum ollis; vt eius loco plura reponas. Nisi mnia simul missa feceris, plura semper enascentur. Intellige.

Hæretico.

Putas ne Catholicis insulsis tuis nuis, falsam cum vera doctrina perm iscēo, aliquid falsi persuadere, Vel tu a dulerinos nummos supponas, cognosce eius, oculo, & pōdere metiemur. Miser.

Eidem

Eidem.

Non te pudet, à tua verißima Matre discedere, vt scortum inquinatißimum, & omni scelere contaminatum enutrias? Fortasse aliqua te cœpit dementia, vt vulgati corporis mulierem, Matrem legittimam Ecclesiam putes. Atqui tantum errorem, neque naturæ iura, neque humana, aut diuina perferre possunt. Itaque semel tam nefarij sceleris, & flagitij pœnas acerbißimas dabis. Crede.

Amico.

Potes quidem vim vi, dolum dolo, audaciam audacia, maledictam maledictis retundere. Sed libidinum incitamenta alia libidine nõ profligabis vtique si laboribus obstuèris, curam amoris alijs maioribus curis edomabis.

Martio.

Apud . . . sunt illecebræ libidinis, ludi, & omnia vitiorum genera; virtuti nuncium remisit. Consilia non quidem animo ingrato, sed quadam animi obstinatione repudiat, totus mutatus ab illo. Vide qui fuis.

Eidem.

Pocula Circes ebibisti. Remedium exce-

excellentiſsimum eſt ieiunium. Vnge. viſcera hoc cataplaſmate, & Venus abibit. Vnge.

Eidem.

A calamitate te defendes, ſi morem mihi geres; nam quamuis eam expertus non ſim calamitatem, tamen ſani, melius, quàm ægroti de ſanitate diſſerunt. Recordare igitur ſuperiorem epiſtolam meam. Immemor.

Venturæ de Rubeis.

Noli ſollicitus eſſe de epiſtola, quam Martio, tuo admonitu, ſcripſi. Trade eam quàm primùm Veneri marito. Pauca ſcribo, quia in promptu tabellarium non habeo. Parce.

Gaſpari Condo.

Reddidi litteras, me ſedere iuſsit, & ſi qua ſupereſſent, eſponere. Sedi exposui; audiuit, reſpondit. Summa eſt, te illarum rerum prerogatiuã daturũ. Hæc tibi maxima cum voluptate renuncio. Gaude.

Niccolao Maruſcello.

Commendas mihi Laurentium, Laurentium mihi? fruſtra. Nullum in eo faciam quæſtum Multis enim abhinc annis ille in ære meo eſt. In calamitate

te non tabescet, nam apertam indigentiam anteà cognoueram. Apotropæis pro illo sacrificabo. Vale.

Rouetto.

In ijs rebus quæ ad decus tuum; & & dignitatem spectant, animi mei alacritatem, aciem, & vim ingenij præ me feram. Quare bono te esse animo iubeo. Mihi enim, non tam facile, quàm iucundum est, vtrumque munus tueri: & de omnibus perbreui satis illustrem dabo significationem. Tuto igitur animo sis Euax.

Carlo Marucello.

Ne mireris, cur ille tantam occasionẽ amiserit. Bonum effugisse, quòd facillimo modo assequi poterat, nec tempori, nec fortunę, sed sibi ipsi vertere vitio potest; quia cum voluit nõ potuit, quã do potuit, noluit; Itaquè malò velle perdidit bonum posse Valeat.

Martio suo.

Illę vestrę occultę discordię suspicionem generant amicis communibus non exiguam, cum sæuum animũ tuum aliqui ex nobis perstrinxerint; pręsertim cum omnibus rescripsetis & . . . vti implacabiliter forsan es iratus, silentio tramisisti, & fessus omnium expostulatione flexisti paulatim, non vt fatere

ris iniuriam tibi aliquam illatam,& ex impunè relictam, sed ut negares,& rogari desineres. Scire ipse maxime cupio,quid negotij cum . . . . habeas, quid mali intercesserit. Hæc si nota feceris, præter quam,quod gratissima erunt, tibi fortasse erunt adiumento, & nos maxima molestia liberabis. Vale, & aliquod beneuolentiæ specimen ergà me ede.

Eidem.

Si oculis demissis progressus esses, amore non æstuares. Oculi nempe sunt illices,oculi animi sedes, & [vt vos Poetæ asseritis] iaculantis Cupidinis domicilium. Si dicti iam memor fuisses, haudquaquám vidisses, quod non licet concupiscere,sed procul dubio alió oculos auertisses Quid remedij? Vnum tibi Democritum propono, qui sibi oculos ademit,tanquàm omnium malarum cupiditatum authores. Erue tibi oculos & sanus fies.

Eidem.

Gaudeo te diuitum morbo laborare. Otium quidem molestam,& cum summo cruciatu coniunctum. Neque sanè tuus mihi morbus est gratus, sed effectus quòd cú pedes podagræ vitio affecti cōsistāt,linguā saltē loco mouebitur lon-

te non tabefcet, nam apertam indig-
tiam anteà cognoueram. Apotrop-
pro illo facrificabo. Vale.

Rouetto.

In ijs rebus quæ ad decus tuum,
& dignitatem fpectant, animi mei a
eritatem, aciem, & vim ingenij præ
feram. Quarè bono te effe animo iube
Mihi enim, non tam facile, quàm iuc
dum eft, vtrumque munus tueri: &
omnibus perbreui fatis illuftrem dal
fignificationem. Tuto igitur animo
Euax.

Carlo Marucello.

Ne mireris, cur ille tantam occafion
amiferit. Bonum effugiffe, quòd faci
mo modo affequi poterat, nec tempor
nec fortunę, fed fibi ipfi vertere viti
poteft; quia cum voluit nō potuit, qu
do potuit, noluit; Itaquè malo vel
perdidit bonum poffe Valeat.

Martio fuo.

Illę veftrę occultę difcordię fufpi-
cionem generant amicis communibus
non exiguam, cum fæuum animú tuum
aliqui ex nobis perftrinxerint; prefer-
tim cum omnibus refcripferis & . . .
vti implacabiliter forfan es iratus, filen
tio tramififti, & feffus omnium expoftu
latione flexifti paulatim, non vt fatere
ris

ris iniuriam tibi aliquam illatam,& eã impunè relictam, ſed ut negares,& rogari deſineres. Scire ipſe maxime cupio,quid negotij cum . . . . habeas, quid mali interceſſerit. Hæc ſi nota feceris, præter quam,quod gratiſsima erunt, tibi fortaſſe erunt adiumento, & nos maxima moleſtia liberabis. Vale, & aliquod beneuolentiæ ſpecimen ergà me ede.

Eidem.

Si oculis demiſsis progreſsus eſſes, amore non æſtuares. Oculi nempe ſunt illices,oculi animi ſedes, & [vt vos Pœtæ aſſeritis] iaculantis Cupidinis domicilium. Si dicti iam memor fuiſſes, haudquaquám vidiſſes, quod non licet concupiſcere,ſed procul dubio alió oculos auertiſſes Quid remedij? Vnum tibi Democritum propono, qui ſibi oculos ademit,tanquàm omnium malarum cupiditatum authores. Erue tibi oculos & ſanus fies.

Eidem.

Gaudeo te diuitum morbo laborare. Otium quidem moleſtum,& cum ſummo cruciatu coniunctum. Neque sanè tuus mihi morbus eſt gratus, ſed effectus quòd cú pedes podagræ vitio affecti cóſiſtát,linguá ſaltē loco mouebitur lon-

longiſsimis ad me epiſtolis dictatis, iamque mihi videor te de quiete, & ocio ab omnibus laudato audire conque-rentem. Geme, & ſuſtine.

Eidem.

Quomodo podagra te tractat? Eſt ne dolorifica? Quem dolorem ſentis? grauatiuum, pungitiuum, tenſiuum, pulſatorium an nullum? Eſſet ne fortaſſe morbus, ſine dolore? Quę cauſa? intrinſeca, an eſtrinſeca? eſt ne fortaſſe Venus, & Bacchus, qui Matrimoni coniuncti, hanc filiam procrearunt? S ſuſcepiſti, habe tibi, nam certè null genero locabis vel opulentiſsimis fortunis dotatam. Tibi erit alenda: A Scipio erit duriſsimæ ſenectutis tu Solatium? patienter ferre memento.

Eidem.

Non te, neque morbum tuũ irrideo ſed podagrã audeo, cum eam ignorem riſusque veluti ab ignorantiã naſcatur Quare non morbus tuus, ſed ipſam mea ignorantia mihi riſum mouet. Quid queris? Riſus abundat in ore ſtu torum. Rider.

Eidem.

Ille amentiſsimus, & omnibus in c filijs pręceps, ac dirus, eſitum videtu in

in rebus turpissimis quæsiuisse. Nam in eadem persistit amentia,& prauitate, Quare stultitia non angustis finibus circumscribetur, sed longè, latèque per omnes Ciuitates vagabitur. Quod si aliquis tantam deméntiam vulgauerit, planè constat aliquò se miserum fuga recepturum. Ne Deus faxit. Commonefac hominem Quid enim nocebit tentasse?

Petro Lupo.

Morbum morbo nollem adderes, nollem acerbis acerbiora. Expletio enim non expletione, sed concoctione, & euacuatione tollitur. Quare te moneo, hortor, rogo, & (si quid possum) præcipio, ne foueas ignem, neue plura sarmenta afferas incendio, sed aliqua ex parte detrahas. Amicitiam summa fide serua.

Hieronymo Dighero.

Magistratum adibo Si quod petam obtinebo, diuortium inter amicitiam meam, & nomen tuum fiet, vt si rideam nulla te adulterij suspicio teneat. Sustine.

Ioanni Matraino.

Tristaris, quod facta verbis compensentur. Quin tu idem præstas. Verba aliquando factis antecellunt.

Petro Nuto.

Quilibet prudentem te prædicat, mihi miseriam narras. Vtrum ergo? Vtrunque nequaquàm; quia valde difficile est, quenquam simul miserum esse, & sapere. Vulgum sequor, Tu sapienter vale.

Fortunio Liceto.

Non ignarus mali miseris succurrere disco. Quandiù vento secundo vtor, prebeo naufrago manum. Antonium adiui, adeò, vt sine rebus meis, procùl seruatus non esset, neque vsquè in præsentem diem perdurare potuisset. Obsessus erat tot malis, quæ nemo posset dinumerare quęque subterfugere conabatur, in ea incidebat: Respexit tandé, me vnum vidit sequentem. Inter amicos me numerare minime graueris.

Me verborum aculeis vulnerare, & atramentario succo sanare, vel dolorem mitigare ne putes. Ego enim lymphatis hominibus, atquè ad alienam iniuriam nimis promptis, vno verbo dicam: scelerum fautoribus non blandior. Pœnas nefarias sustinebis, frustraquè Deũ incusabis, quando tibi, & dura, & misera córigerint, à quo, tibi mali, boniquè eligendi, fugiendiquè pro arbitrio data potestas sit. obtrector.

Ingrato.

Amicorum ingrata officia accusas. Sile.

Sile. Nam qui potes de ijs conqueri, quos ipse duritia, ac tenacitate ingratos facis? Te ipsum prius dãnes, quam alios accuses necesse est. Ingrate.

Sebastiano Accursio.

Ruinam minatur negotium. Est veluti Schœnobatę, qui si parum respiciãt, præcipites in Orchestram decidunt. Si Curatorem desidem inuenerit, præceps proculdubio agetur. Alios constitue, & sumptibus ne parcas. Mitte.

Amico.

Tibi Poeta videris, quia noris lepido, concinno, ac bene, tornato versu, aptèqué cadentibus modis, nefarias tuas, impuras, & scelestas cogitationes miseris committere cartis, & oculis tibi similiũ exhibere. Antiqui poeticam primam philosophiam quandam esse perhibẽt, quæ ab ineunte nos ætate, ad viuendi rationes adducit, quæ mores, quæ affectiones erudiat, quæ res generosos cum iucunditate precipiat; Non quæ castas matronas, Virgines, iuuenes, senesquè incestet istis tuis spurcissimis monumentis.

Io: Baptistę Longo.

Siue natura, siue vsu semper ambiguam, & obscuram epistolam mittis. Si facis, vt consilium tuum tegas, vel ipse

verborum inuolueris hæream, suadeo ne scribas. Non enim semper consulere Grammaticos volo, qui periodos remetiantur, & enodent. Clarius oro, si cupis intelligi. Corporis valetudini nonnihil curę impercias.

Raphaeli Inuitiato.

Longi silentij causa iter nunquam satis vituperatum. Franciscus Maria, & Antonius Andreas me inuitauerunt, vt cuiusdam rei componendæ occasione vnà Romæ discederemus. Me illis socium addidi, quamuis tempus discessum dissuaderet. kal. Sept. Romam reliquimus, cum Cœlum esset densissimis nubibus circumfusum, quæ calamitosissimum iter omnibus minabantur. Quarta circiter hora nubila pendere ita cœperũt, vt Aereæ, ictus, sagittæ vincere facillimè potuissent. Immensum aquarum agmen effuderunt, tumidis ventis affectę, vt nobis non leuis suspicio iniecta sit, Iunonem iterum sæuire in Teucrorum reliquias, vel certè cum Ioue irata, acerbissimam iram in nos euomere. Terra tremere videbatur, fugere feræ & humilis pauor strauit mortalia corda, nemora resonabant, grandinisque tẽpestas sese glomerabat in vultus, nulla domus, nulla taberna, nullum munimen ad effusos imbres, sed vagi, & pro-

fugi

ugi per viam errabamus, fraudes mille
uuabant. Hęc ingluuies ab arboribus
ructus, & frondes decussit, nox deinde
superuenis omnia conduplicans, fuscis,
& tenebrosis alis Terrarum orbem am-
plexa. Tandem nescio, quo numine au-
spice, ad quandam tabernam perueni-
mus, vbi vestes aquarum copia graua-
tas, igni applicuimus, scabellis pręni-
mio pondere succumbentibus, neque ta-
me glaciem concretam, & niuem dissol-
uere potuit ignis, tam multus, quantus
domum flammis inuoluerat. media in
cœna iterum sæuiere venti, fulgura, to-
nitrua tanta, vt intrepida corda perter-
refecissent. Abyssus abyssum inuoca-
bat. Nocte intempesta omnia conquie-
uere, tempusque somno datum, hanc tē-
poris procellam consecuti sunt sereni
dies septem, quibus ad sinum Erycinū
ventum est. Maris tranquillitas nauiga
tionem suadebat, ergo cœlocem ingres-
si, aura destituti, rem agebamus remis:
cum duo Cœloces operi maxime inten-
tè certatim mare feriebant, & cursus ce
leritate nostrum lacessebant, cum vl-
trò, citroquè nautica verba persona-
rent, mare attollere sese paulatim in-
cœpit, deinde væsaniens, naufragia tùm
noua, tùm periculosa parere videba-
tur. Omnia tumultuum, & turbarum
plena, omnia terrores, discrimina, su-

verborum inuolueris hæream, suadeo ne scribas. Non enim semper consulere Grammaticos volo, qui periodos remetiantur, & enodent. Clarius oro, si cupis intelligi. Corporis valetudini nonnihil curæ impertias.

Raphaeli Inuitiato.

Longi silentij causa iter nunquam satis vituperatum. Franciscus Maria, & Antonius Andreas me inuitauerunt, vt cuiusdam rei componendæ occasione vnà Romæ discederemus. Me illis socium addidi, quamuis tempus discessum dissuaderet. kal. Sept. Romam reliquimus, cum Cœlum esset densissimis nubibus circumfusum, quæ calamitosissimū iter omnibus minabantur. Quarta circiter hora nubila pendere ita cœperūt, vt Aereæ, ictus, sagittæ vincere fecilli mè potuissent. Immensum aquarum agmen effuderunt, tumidis ventis affectę, vt nobis non leuis suspicio iniecta sit, Iunonem iterum sæuire in Teucrorum reliquias, vel certè cum Ioue irata, acerbissimam iram in nos euomere. Terra tremere videbatur, fugere feræ & humilis pauor strauit mortalia corda, nemora resonabant, grandinisque repestas sese glomerabat in uultus; nulla domus, nulla taberna, nullum munimen ad effusos imbres, sed vagi, & pro-

fugi

gi per viam errabamus, fraudes mulle
aabant. Hęc ingluuies ab arboribus
ictus, & frondes decusſit, nox deinde
perueniſ omnia conduplicans, fuſcis,
tenebroſis alis. Terrarum orbem am-
exa. Tandem neſcio, quo numine au-
ice, ad quandam tabernam perueni-
us, vbi veſtes aquarum copia graua-
s, igni applicuimus, ſcabellis prę ni
io pondere ſuccumbentibus, neque ta
e glaciem concretam, & niuem diſſol-
ere potuit ignis, tam multus, quantus
omum flammis inuoluerat. media in
ena iterùm ſæuiere venti, fulgura, to-
itrua tanta, vt intrepida corda perter
efeciſſent. Abyſſus abyſſum inuoca
at. Nocte intempeſta omnia conquie
ere, tempuſque ſomno datum, hanc tē
oris procellam conſecuti ſunt ſereni
ies ſeptem, quibus ad ſinum Erycinū
entum eſt. Maris tranquillitas nauiga
ionem ſuadebat, ergo cœlocem ingreſ-
i, aura deſtituti, rem agebamus remis:
um duo Cœloces operi maxime inten
è certatim mare feriebant, & curſus ce
eritate noſtrum laceſſebant, cum vl-
tò, citroquè nautica verba perſona-
ent, mare attollere ſeſe paulatim in-
cœpit, deinde væſauiens, naufragia tùm
noua, tùm periculoſa parere videba-
tur. Omnia tumultuum, & turbarum
plena, omnia terrores, diſcrimina, ſu-

ſpiciones, tremores, & angores. Qua
dò ad cadentem, & ad orientem ſolen
Cœlum ſe mouebat, qui tum eiulatu
audiebantur, alij Deo, ſanctiſquè vo
uebant, alij ſortem ſuam lamentaban
tur, & fortunam; Nonnulli terram
quam attingere fas non erat; deſidera
bant, omnes effugere apertum pericu
lum maximè cupiebant. Statim atque
mare inſanire deſiit, immutata fortu
na læti terram reſpiciebant, ſpatiumq
horarum trium longiſsimum dicebant
vt nox amantibus, quibus mentitur ami
cà. Teram ingreſsi, lautè cœnauimus
cubitum diſceſsimus, noctemquè inſom
nem traduximus, adhuc prçteritorum
periculorum recordatione perculſi. Pro
ximè die in patrium portum lçtus de-
ſcendi. Vale.

Io: Auguſtino Torpianæ:

Veris rationibus agas, ſi tutus eſſe ve
lis, nequè fidem habeas callidis quidem,
ſed inhoneſtis conſilijs. Nullus enim
tàm inſtructus dolis, vt perpetuo fallat.
Sed tandem caſus aliquis, in apertum
preferet diſsimulatam malitiam, quam
aliqui experti fugient. Caue.

Hieronymo Fraſsiano.

Ego quoquè gaudeo, libros de diuer
ſis

ſis rebus agẽtes vernaculo ſermone elu cubratos; omnibus ſatisfeciſſe. Reliquum eſt, vt Latini eandem fortunam ſequantur. Vale.

Ludouico Mario.

Epiſtolæ fœliciſsimé conſcriptę, ſed infœliciſsimè alienis manibus creditæ, mihi non ſunt redditæ. Quarè, ne tędio mihi amiſsio ſit, aut malè ſcribas, aut ſané commendes. Vale quam rectiſsimè.

Martio ſuo.

Epiſtola riſum mihi Democriticum mouit, aperiens quorundam technam, qui ſtultè putant mihi negotium faceſſere. Sed nihil me perturbat, niſi quæſcant, malint me benè dentatum experiri, eos profectò pœnitebit, nã ſi mihi remordendum ſit, notam profectò inde ſebilem ſibi infixam ſentient. Me ardentiſsime ama.

Bonifatio Vannotio.

Sentẽtiarum tuarum pręclariſsimã, ac ingentem ſuppellectilem legi, multa ardenter, plura ad pompam, ſimpliciter aliqua, arguté quædam, nonnulla callidè, grauia maturè, profunda ſollicitè, dubia conſtanter, quępiam ſæuerè, vt plurima blandè, cuncta moraliter, om-

nia pari eloquentia, & libertate sunt conscripta. Me sentire, verá approbabis, cum nec ostensus aliter iudico. Quam diutissime vale.

Martio suo.

Cras apud me Manfredus Ni grãueris explere numerum charitum. Rem tam gratam facies, quàm qui maximè. Te expecto.

Eidem.

Ex epistola tua intellexi, te cuiusdam Barbarę flagranti amore teneri, & iam sponsam tacita luxuria deplorare. Miror equidem prudentiam tuam, cum tibi sat constet nomen, cognomenquè Barbarę. An non Barbari, qui lingua, gente, natura, moribus ab homine ingenuo & liberali dissident, qui fidem frangūt, & omnia implent crudelitate. Quid mirum est, si Barbaræ domestica barbaries mentem abstulerit tibi? Missam illam facias. Dedecet enim te deperire mulieres, iam thoris promissas, ac destinatas. Circeis poculis quid tàm sui de inhias? Longè plus habebis, aloes, quam mellis. Inexperte.

Gaspari Murtulæ.

Salue, Vale, Viue, Stude, ama, nequè amorem meum putato minorem tuo.

Io: Andreæ Rouetto.

Non obliuione amicitię nostrę, neq; intermissione consuetudinis meæ segnior ad scribendum factus sum, sed timore litterarum mearum, & nullis perspectis vestigijs spectatibus retrorsùm. Quarè, quæ ad te pertinent verbis non explicabo, ne earum rerum tibi valde conducentium frustra suscipiatur labor. Me ama, atque amplectere.

Hieronymo Dighero.

Quod ad te perlatum est, verissimũ puta Nam ab . . . . . me subduxi, & amicitia, qua familiariter vtebamur, versa est in apertissimam simultatem. Vtra melior, simultas, an amicitia? . . . . .

Quid mihi opus est amicitia tua? Lædere licet, & vermiculis, & scarabeis. Quantum tu possis lædere, nescio Minas iacta, pericula intende, terrores oppone, vel Phalaridis cruciatus proponas, non mouebor, perinde, ac si somnia essent nebulonis. Stulte.

Octauio Martio.

Rogas, vt ad te scribam, qualis mihi vir ille videatur. Eum simulatorem, ac dissimulatorē maximè scito. Simulat se probum, cum longius distet ab omni probitate, quàm ortus ab occasu

Fingit, sed nemo diu sub aqua viuit, argutum mendacium verò cedat, necesse est. Scito.

Ioscpho Castelnuouo.

Quotidie ad te litteræ, ad me verò nullæ. Ignoro. Nisi fortasse, te meum Pythagoreum esse decreueris. Si hoc est, nihil abs te peto loqui scias tamen velim Pythagoram loquendi, non scribendi discipulis silentium indixisse. Bene, & fœliciter Vale.

Ioanni Barlennio.

Noli litteras noctu exarare; Nam post cœnam est capitale, & (vt audio) vxor reclamat ius suum meritò postulando!, Et scabiosas epistolas accipio, quæ semper opus habent fricatu. Interdiu. . . .

Non communis est mensura tua, vtea omnia metiri velis, cum tu sordibus obsolescis, turpissimusquè sis. Iisdem sceleribus inquinatos cæteros credis. Erras, Nam sicuti bonus difficile aliquem suspicatur malum esse, Ita nullum suspicatur bonum malus, Sed res se aliter habet, ò stulte.

Amico.

Obtemperatum est libri tui priuilegio, quòd tanto labore, ne aliquis, sine tuo

tuo permissu publicis monumentis consignaret, curasti. In prȩsentia verò illū mortuum injustè ploras, cum mortuus dicatur is tantum, qui vixit. Nebulo.

Amico.

Per aures nostram conscientiam citamus, & abdita, reconditaquè facillimè iudicamus. Abscondita enim, & inuoluta sic aperiuntur. Si mulier ergo tua meretricia loquitur, meretricium morem, meretriciam disciplinam redoleat, castam integram, & modestam existimabo? Quamuis homines cum ea dormientes, quos etiam ipsis cum meretricibus, cubare non conspexerim. Vis tu, vt credam vas aquȩ esse capax, cum vinum ex rimulis egredi intuear. Posthumia vestalis virgo, parùm modesti risus caussa incestus accusationem subijt, Et vxorȩm tuam ab omnibus profusa luxuria notatam, puram incorruptamquè credam? Te, illamquè contine.

Amico.

Miror stultitiam tuam, quæ homines in communibus sermonibus de te aliquando temerè loquentes, sustinere nō posit, eos autem libenter audiat, qui ad gratiām loquuntur. Siquidem hi lædunt, non qui duriùs, & animo maleuolo verba faciunt. Nihil est nocentius

blandiloquentia quæ te insolentem reddit; nihil præstantius conuicio, quod adeó nó lædit, vt interdum prosit etiã; Et præsertim, qui nouit ab inimico decerpere fructum aliquem. Sapi.

Petro Naso.

Teco á te, vt quæ Ioannes Minturnius, ex animi mei sententia tibi expo net, quam primúm cures, nequè de om nibus certiorem facias. Vale, & me quod facis, ama.

Oratio Morando.

Ecce quę scripsisti, ipse scripsi, talia in capsa quadam muribus perforata, post annos septem ad te mitto, qualia pari tempore non quæsiui. Si placebũt gratum id erit, sin minus ea ęqui, bonique facias.

Martio suo.

Vicissitudo est omnium rerum, quæ voluptatem, & dolorẽ afferre solet mor talibus. Natura dies inæquales, imò eundẽ serenum, & nubilum instituit. Lamentaris: Gaudebis, quia nec perpetuo gaudere, nec dolere quisquã potest. Interim me ama, nam scis ex quo fonte fluxit amicitia, & quo pacto primum inter nos coaluit. Vale fœlicissimè.

Eidem

Eidem.

Lacrymor cum tuas epistolas lego. Non enim sine lacrymis, eas contrectare valeo. Obsecro, ne amplius siniçi fletum lacessas.

Eidem.

Si Astrologo credideris futura, & iuxta votum animi tui polliceri, errabis. Noli quidquam a cœlestibus sperare, sed ea tibi dũtaxat promittas, quæ possis industria consequi. Crede, quod dico.

Eidem.

Verissimum solatium est miseris socios habere pœnarum. Si indemnis spectarem alium mala mea ferentem, fœlicitèr saperem. Sed quia ex aliorum malis, ipse rebus meis consulere haudquaquam possum, non est cur externas calamitates . . . . ex animo amicus sis.

Pro quodam ludimagistro.

Ego vero initio, quando malo tuo quodam fato ab hac florentissima Academia discessisti, nihil scribere ad te statueram, sed taciti animi sensu tuam vicem dolere, quod cum esses in disciplina, & familia mea, vbi optimis artibus, atquè disciplinis imbutus, præclara ieceras fundamenta virtutis tuæ, nescio, cuius consilio [parum certè prudenter] auersus aliò abiens.

Hoc

Hoc accedit dolori meo, quod audio . . . . te profectum esse, atque in litteris . . . . omnium magistrorum qui sunt, qui fuerunt, & qui futuri sunt, imperitissimo, ac infantissimo operam dare cœpisse. Vix adducor, vt credam tãtum in aliquo esse stuporem, aut mentis hebetudinem, vt cognoscens prętantiam meam in omnĩ genere clarissimarum virtutum, iam omniũ oratione, prædicatione, ac laudibus vbique celebratam, tamen velit permutare virtutem cum vitijs, seque in disciplina istius rabidi, & furentis Pædotribæ col locare? quid ineptius? quid absurdius? quid stultius, aut cogitari, aut fieri vllo vnquam tempore potuit? Hęc sanè permutatio plena est flagitij, dedecoris, & cuiusdam nefariæ turpitudinis, quæ sibi quoque æternas inuret maculas. Proh Dei, atquè hominum fidẽ? Itáne hoc tempore Homines, cœci, atque amẽtes sunt, vt in tanta luce veritatem non intueantur? In re omnium maxima, atquè grauissima sui decoris, suę laudis, suæ existimationis nullam rationẽ ducant? Quid hoc est, nisi summa amẽtia est? Hoccine est humanum factum, aut incœptum? Hoccine est officium gratius? Quid? si bellua fuisses, aut fera nonne accuratius circumspiciendum erat, cuinam tui cura, atquè custodia de-

man-

mandaretur, ac vnicus Patris filius honestus in primis parcis tãtulę pecunię, quam hic insumebas pro victu, & doctrina? Erat tibi adeò turpitèr abeundum, vt ad despicatissimi hominis, atquè impotentis Magistri disciplinam commigrares. Profectó si sapijssent ij, quorũ eras sub tutela, maluissent iacturam omnium fortunarum, quam studiorum. Nam de disciplina, quando te in istius impurissimæ, atqué intemperantissimę pecudis manus tradidisti, nulla superest spes. Quid enim te ille præter barbariem potest docere? Nonne tuus Magister is est, qui etiam si iam sit pædore consumptus, & inter pueros senex factus, tamen ita infans, & rudis omniũ bonarum litterarum est, vt vix possit ex tempore dicere prima elementa doctrinarum. Nunne is, qui à . . . & à . . . . meis discipulis vno, atquè altero congressu, & contentione litterarum fœdissimè victus, & prof.igatus summo cum dedecore, & ignominia discessit? Nonne is est, qui volens suã ostentare eruditionem, vix ægrequè ac multum post tempus schedulam malè olentem, & ineptiarum plenissimam ostentauit. Non is deniquè, qui ab iisdem meis discipulis, carminibus, epistolis, orationibus, ac stylo est miserandum in modum confossus, & iugulatus? Quid



Hoc accedit dolori meo, quod audio . . . . te profectum esse, atquè in litteris . . . . . omnium magistrorum qui sunt, qui fuerunt, & qui futuri sunt, imperitissimo, ac infantissimo operam dare cœpisse. Vix adducor, vt credam tãtum in aliquo esse stuporem, aut mentis hebetudinem, vt cognoscens prçstantiam meam in omni genere clarissimarum virtutum, iam omniũ oratione, prædicatione, ac laudibus vbique celebratam, tamen velit permutare virtutem cum vitijs, sequè in disciplina istius rabidi, & furentis Pædotribæ collocare? quid ineptius? quid absurdius? quid stultius, aut cogitari, aut fieri vllo vnquam tempore potuit? Hęc sanè permutatio plena est flagitij, dedecoris, & cuiusdam nefariæ turpitudinis, quæ tibi quoque æternas inuret maculas. Proh Dei, atquè hominum fidé? Itáne hoc tempore Homines, cœci, atque amẽtes sunt, vt in tanta luce veritatem non intueantur? In re omnium maxima, atquè grauissima sui decoris, suę laudis, suæ existimationis nullam rationẽ ducant? Quid hoc est, nisi summa amẽtia est? Hoccine est humanum factum, aut inceptum? Hoccine est officium gratius? Quid? si bellua fuisses, aut fera nonne accuratius circumspiciendum erat, cuinam tui cura, atquè custodia demandan-

mandaretur, ac vnicus Patris filius honestus in primis parcis tâtulç pecuniç, quam hic insumebas pro victu, & doctrina? Erat tibi adeò turpitèr abeundum, vt ad despicatissimi hominis, atquè impotentis Magistri disciplinam commigrares. Profectó si sapijssent ij, quorũ eras sub tutela, maluissent iacturam omnium fortunarum, quam studiorum. Nam de disciplina, quando te in istius impurissimæ, atqué intemperantissimç pecudis manus tradidisti, nulla superest spes. Quid enim te iste præter barbariem potest docere? Nonne tuus Magister is est, qui etiam si iam sit pædore consumptus, & inter pueros senex factus, tamen ita infans, & rudis omniũ bonarum litterarum est, vt vix possit ex tempore dicere prima elementa doctrinarum. Nunne is, qui à . . . & à . . . . meis discipulis vno, atquè altero congressu, & contentione litterarum fœdissimè victus, & profligatus summo cum dedecore, & ignominia discessit? Nonne is est, qui volens suã ostentare eruditionem, vix ægrequè ac multum post tempus schedulam malè olentem, & ineptiarum plenissimam ostentauit. Non is deniquè, qui ab iisdem meis discipulis, carminibus, epistolis, orationibus, ac stylo est miserandum in modum confossus, & iugulatus?

Quid



Quid expectas amplius, vt illum stimulis fodiamus? Heus tu, quid ais, quin istinc tu quoque cum tuo insanissimo Ludimagistro omni abiecta cunctatione fugis? Quæ tuę mens nunc? qui animus? quod consilium? Non intelligis te miseré istic esse apud Hominem barbarum, & imperitum, à quo quid speres fructus, habes nihil, tum ne grammatices quidem rudimenta teneat, & magna mercede doceat, nisi nihil tandem sapere. Audis illum in Antroplagis, verberibus, & vociferatione debacchari, qui ne vernaculo quidem sermone loquitur sine labe. Ac ne fortasse existimes, me odio aliquo, vel inuidia impulsum hoc dicere, vt quæ dico vera esse cognoscas, mitte [obsecro] exemplū cuiusdam epistolę ad me conscriptę, & superioribus diebus ad te transmissę ad aliquos Italiæ viros doctissimos, & grauissimos, quique hæc studia elegantioris doctrinæ, litterasquè pauló politiores profitentur, tunc intelliges quæ iudicia de homine isto sint facturi, & quæ pręmia suis sententijs eius infantię, & imprudentiæ decreturi. Censebunt quidem Hominem ita rudem, ita barbarum, ita impudentem, ita Imperitum, istinc ab omnibus clamoribus, conuicijs, fustibus præcipitem, primo quoq; die

die agendum, eijciendum, exterminandum; & tanquàm inusitatum, atque horrendum monstrum in deserta amandandum. Tu verò si consilium tua dignitati, ac existimationi velis, omni abiecta cunctatione illinc profuge. Sin minus, hoc erit damnum tuum, & maxima calamitas tuorum condiscipulorum, quos ille miserè fascinat, in castiores aures dum barbaras dicendi formulas insusurrat. Verum sciens te dignitatis tuæ tuendæ, priuatiquè decoris retinendi cupidissimum, & maximè incensum esse studio virtutis, honestissimarumque artium, mihi persuadeo te in tantam rei bene gerendæ occasione, & in tanta copia, & multitudine discipulorum egregiorum, qui ad me quotidiè, & vndiquè confluunt, quorum causa has litteras profiteor, te illud potissimum facturum, quod, & studijs tuis, vtilitati, existimationi, ac amplitudini præsertim conducere cognoueris. Hoc quidem si fiet enimuero ego, quippe qui pro mea in te animi propensione, ac studio singulari, cupio videre beatum, incolumem, ornatum, florentem rebus omnibus capiam incredibilē quendam fructum iucunditatis. Interea dum venis ad, te mitto multa, quæ

doctri-

doctrinę exempla, munuſcula quidem te indigna. Veruntamen ea, ex quibus tu de ſumma totius negotij, & quid ſperare, & quid de me, atquè de illo ſentire poſsis, facilè percipies, velut ex vngue Leonem, atquè adeo cognoſces, quæ ſit in nebulone ad frangendos impetus, & confringendam audaciam imperitiſsimorum hominum, ſcientia, & facultas ſiue dicendi, ſiue ſcribendi. Hæc ſatis. Vale. Hæc meditare, & veni.

Herculi Berrettę.

Carpis taciturnitatem meam. Tum demum abrumpam hoc meum ſilentiũ, cum ea ſcribere potero, quæ ſunt indigna ſilentio. Tu noli euulgare, quæ ſilentio digna ſunt.

Ioanni Matraino.

Si vera, quæ ad nos allata ſunt, nullã tibi iuſtam excuſationem relinquimus. Si falſa, fac ſciam, vt Delatores à meo cœtu ſubmoueam.

Dominico Comiti.

Negocium geſsi, Antonius diſceſsit. Tu quid vlterius agendum ſit ſcribe.

Bartholomeo Maffeo.

Vt ad me ſcribas, nihil ad te ſcribo.

Eidem

Eidem.

Extingue iniuriam, ex leuissimis offensis, si negligantur nascuntur atroces tragediæ. Crede.

Francisco Fontanę.

Si de me malè loquitur, non didicit bene loqui, nec eum curo, cum nihil ad me pertineat, quid de me dicat, qui morbo animi, non iudicio loquitur. Bene, & fœliciter vale.

Prodigo.

Inopia oppressus, donatore indigeo. Tu qui abigis, Iudicis ope, atque auxilio. Vtinam conditio permutaretur, Nam si tu donatore, ego Iudice nequaquam indigerem. Crede.

Hieronymo Lunadoro

Quamuis poesim nunquam sim professus, carmina tamen maxima me afficiunt voluptate. Qui vates esse velit, tristitiam abijciat oportet, vt Musis, & Apollini pateat. Non enim habitant loca mœsta, & animos tristes. Dei viregregie, ac singularis.

Hieronymo Nasino.

Manu Epistolā tuā legi, manibus negociū tuū gerā. Mihi curę erit res tua.

Medico

Medico.

Imperitè secuisti seruum, & perperã ei medicamentum dedisti. Teneri Aquilia ò Medice scire te volo.

Ocioso.

A te multi Dies festi celebrantur, instituti propter ocium, ac delitias. Scito hos Multos etiam Præpotentes perdidisse. Audi

Augustino Pallauicino.

Commẽdo tibi Ioannem. Quare da operam, vt se non destitutum sua spe, & me apud te eum esse sentiat, quẽ animo concepit.

Maleuolo.

Vellem, vt ipse tuam infantiam agnosceres tecum habitares, ac cognitis sordibus tuæ fœdę suppellectilis, intra tuã te pelliculam contineres, desineresque alienæ laudis obtrectatione tibi famã comparare. Alioquin mala attrahes ad te, vt Cæcia nubes.

Thomæ Parigliano.

Et si nihil scribis, & octauus iam mensis sit, ex quo litteris me non valutasti, tamen si saluus es, mihi istud satis est. Vale, & Canonherij tuo memor.

Fran-

Francisco Bonamico.

Quoniam multis, magnisq; miserijs exerceor, ad me epistolas nullas mittis. scribe [optime amicorum] quia si in omnibus meis dolore afficior, in tuis lætabor; quod si feceris dimidia ex parte res, miser ero, in te fœlix. Bene vale vir amicissime.

Martio suo.

Febris tuę Nuncius me maxima perturbatione affecit. Valde tibi timeo, & timendi causa Medicorum frequentia inter se discrepantium, & animos negociantium; caue. Quia nulla lex punit inscitiam capitalem. Sapi, & nullam non operam des, quò quam optime corpore valeas.

Puero.

Maximum ornamẽtum pueritię tuæ tollis, qui ex ea tollis verecundiam, quæ est custos omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemque maximè consequens. Nugatorium est, quod ais, te puerum esse non puellam; quid? quorũ par est ætas, parem non esse verecundiã decet? Sapi.

Iulio Cesari Malespinę.

Mihi pollicitus es, te sanctissime,

dili-

Medico.

Imperitè secuisti seruum, & perperã ei medicamentum dedisti. Teneri Aquilia o Medice scire te volo.

Ocioso.

A te multi Dies festi celebrantur, instituti propter ocium, ac delitias. Scito hos Multos etiam Præpotentes perdidisse. Audi

Augustino Pallauicino.

Commẽdo tibi Ioannem. Quare da operam, vt se non destitutum sua spe, & me apud te eum esse sentiat, quẽ animo concepit.

Maleuolo.

Vellem, vt ipse tuam insaniam agnosceres tecum habitares, ac cognitis sordibus tuæ fœdę suppellectilis, intra tuã te pelliculam contineres, desineresque, alienæ laudis obtrectatione tibi famã comparare. Alioquin mala attrahes ad te, vt Cæcia nubes.

Thomæ Stigliano.

Et si nihil scribis, & octauus iam mensis sit, ex quo litteris me non salutasti, tamen si saluus es, mihi istud satis est. Vale, & Canonherij tuo memor.

Fran-

Francisco Bonamico.

Quoniam multis, magnisq; miserijs exerceor, ad me epistolas nullas mittis. scribe [optime amicorum] quia si in omnibus meis dolore afficior, in tuis lætabor; quod si feceris dimidia ex parte res, miser ero, in te fœlix . Bene vale vir amicissime .

Martio suo .

Febris tuę Nuncius me maxima perturbatione affecit. Valde tibi timeo, & timendi causa Medicorum frequentia inter se discrepantium, & animos negociantium ; caue . Quia nulla lex punit inscitiam capitalem . Sapi , & nullam non operam des, quò quam optime corpore valeas .

Puero.

Maximum ornamentum pueritię tuæ tollis, qui ex ea tollis verecundiam, quæ est custos omnium virtutum , dedecus fugiens , laudemque maximè consequens . Nugatorium est , quod ais , te puerum esse non puellam ; quid?quorũ par est ætas, parem non esse verecundiã decet? Sapi .

Iulio Cesari Malespinę.

Mihi pollicitus es , te sanctissimè , dili-

diligentissimèque seruatorum, quæ in Ludouici commendationem ad te scripsi. Iam promissa repetere nollem, neque humanitatem tuam pluribus preci bus onerare. Da igitur operam, vt ei omnia restituantur, vt ne posthac Ludouicus ad me hac de re scribat, illi non minus bene de tua voluntate promisi, quam solitus sum de mea polliceri. Vale, & in ea re magnam sollicitudinem pone.

Lactantio Vgono.

Si salutatione solum es contentus, salutatus esto. Vale.



EPI-

EPISTOLARVM LACONICARVM

Liber Secundus.

Octauio Martio.

SI Epistolæ meæ nauseam tibi mouent, digitos in fauces demittas, & omnem euomes amaritudinem.

Amico.

Amori succumbis, perdite amas, & maris: Amorem in studium transferas, nouis honestisqué amatis delectare, quia amore impudico laborantes, furioso impetu in calamitates ruunt. Malo nunc prorumpenti obluctare antea quã muliebribus illecebris illectus atque irretitus, uel amore madens ac colliquescens intereas, easqué posthac conspicias, ex quarum contuitu nullas libidinis flammas concipias. Esto prudens.

Io. Baptistæ Nano.

Nihil intentatum reliquimus, vt infamem sententiam ex animo Antonij euelleremus, sed nullo consilio de prima mente eum dimouere potuimus.

Qu

Quam obrem metuo, ne vel illum desperatio ab acri desiderio abducat, vel in extremas calamitates incidat. Ceterum de calumnijs haud quaquam labores.

Amico.

Desine bonam indolem pessundare, & lasciuis epigrammatis, epistolis, fabulis, & ex intimis Veneris fornicibus accersitis carminibus, & cantiunculis animos, mentes què labefactare. Nam, & tibi sunt sorores, quæ honesta, non obscena legere debent, & nulla est valentior machina ad oppugnandum tum Matronarum pudicitiam, tum virginũ, ac viduarum castimoniam, ipsa lectione lasciuæ historiæ, nec mulier est, aut puella tam absolutę castitatis, & pudicitię, vt ex huiusmodi lectionibus, & historijs peregrina libidine [vt inquit Putherbeus] nõ sæpe ad furorem vsque accendatur. Audi.

Detractori.

Fanda, atque infanda de . . . ore impurissimo dixisti. Cessa, ne eum vano latratu insectare; Nam rebus ijs, quę falso in illum à te struuntur, fides habetur nequaquam: alioqui pœnas acerbissimas, & meritas illi persolues, efficiesquè, vt familiaris ei sit seruitia. Cessa.

Amico

Amico.

Gentilium Poetarum figmentis delinitus, ne respicis quidem ad alios libros, ne te doctum putes, cum mendacia didiceris. Sapi.

Iactatori.

Genus, & formam; tanquàm eximias naturæ dotes efferſ. Velim mihi oſtendas vnde tuam hanc habeas nobilitatem, qua te cæteris antecellere prędicas. Quęso sane hominum infantiſsime, quo te Deum genitum putas, vt nemînem tibi exiſtimes æqualem eſſe, vel genere, vel ſcientia, vel honore, neque pati velis cuiuſpiam virtutem laudari, neque tu quempiã laudes, niſi te tuamq; progeniem. Iacta quantum vis natales claros, egregiamque corporis pulchritudinem, ſi ingenium ſordidum ſit, & prudentia rerum abſit, nihilo melius es, vinoſa ſuffarcinata aliqua anu, aut ętate, aut vino delirante. Deſiſte ſtulte, & alij videant virtutem tuam melius, & alij probent. Vale.

Proditori.

Nihil tibi ad omnẽ amentiam, impudentiamque reliqui feciſti, & ſpecioſo pietatis nomine alte conditã improbitatẽ celare, & bellis, atque honeſtis vocabu-

D lis,



Quam obrem metuo, ne vel illum desperatio ab acri desiderio abducat, vel in extremas calamitates incidat. Ceterum de calumnijs haud quaquam labores.

Amico.

Desine bonam indolem pessundare, & lasciuis epigrammatis, epistolis, fabulis, & ex intimis Veneris fornicibus accersitis carminibus, & cantiunculis animos, mentes qué labefactare. Nam, & tibi sunt sorores, quæ honesta, non obscena legere debent, & nulla est valentior machina ad oppugnandum tum Matronarum pudicitiam, tùm virginũ, ac viduarum castimoniam, ipsa lectione lasciuæ historiæ, nec mulier est, aut puella tam absolutę castitatis, & pudicitię, vt ex huiusmodi lectionibus, & historijs peregrina libidine [vt inquit Putherbeus] nõ sæpe ad furorem vsqué accendatur. Audi.

Detractori.

Fanda, atque infanda de . . . ore impurissimo dixisti. Cessa, ne eum vano latratu insectare; Nam rebus ijs, quę falso in illum à te struuntur, fides habetur nequaquam; alioqui pœnas acerbissimas, & meritas illi persolues, efficiesque, vt familiaris ei sit seuitia. Cessa.

Amico.

Gentilium Poetarum figmentis delinitus, ne respicis quidem ad alios libros, ne te doctum putes, cum mendacia didiceris. Sapi.

Iactatori.

Genus, & formam, tanquam eximias naturæ dotes effers. Velim mihi ostendas vnde tuam hanc habeas nobilitatem, qua te cæteris antecellere prędicas. Quęso sanè hominum infantissime, quo te Deum genitum putas, vt neminem tibi existimes æqualem esse, vel genere, vel scientia, vel honore, neque pati velis cuiuspiam virtutem laudari, neque tu quempiā laudes, nisi te tuamq; progeniem. Iacta quantum vis natales claros, egregiamque corporis pulchritudinem, si ingenium sordidum sit, & prudentia rerum absit, nihilo melius as, vinosa suffarcinata aliqua anu, aut ętate, aut vino delirante. Desiste stulte, & alij videant virtutem tuam melius, & alij probent. Vale.

Proditori.

Nihil tibi ad omnē amentiam, impudentiāque reliqui fecisti, & specioso pietatis nomine alte conditā improbitatē celare, & bellis, atque honestis vocabu-

D lis,



lis res turpes obtexere, & fœdiſsimas actiones es fugare conatus. Verumtamẽ mecum, ò ſicophanta, nomen pacis haud obtendes, cum re ipſa bellum geras, & inſidias tuas celeritate præueniam, & alacri diligentia prǫuertam, eoque malo, quod mihi imminebat, te afficiam. Expecta.

Amico.

Epiſtola tua nimis compti eloquij lenocinio, & elaboratæ dictionis ornatu, mihi nil ſuadet. Nam mea non indigent alieno fuco. Intellige.

Nobili.

Nego oportere te ab illuſtribus, & ſplendidis parentibus ortum, in tantũ arrogantia prorumpere. ſi animum meum contumelijs inexpertum experieris, tibi erit nouum, in calamitatibus verſari. Quare arrogantię tuæ furorem modeſtiæ freno reprimere ſtude, & cura, vt per nullas corporis partes iam huiuſmodi morbi veſtigium in te appareat. Vane.

Amico.

Si tu quadrupes fuiſses, vulpecula fuiſſes. Adeo callidum caput, & dentes acuitos atque natos ad gallinas ſubripiendas tibi finxit natura, quando mihi domi commoranti & vigilanti eas rapuiſti, Argum bene oculatum fefelliſti,

ſti,

sti. Eas nisi restituas, uel æquipollentes, scito te furem gallinarum ab omnibus cognitū iri. Posthac canem domi alam, vt significet an fures, an ipse, an alij accesserint.

Iacobo Iacobeio.

Ignosco dolori tuo ex obitu vnici filij tui suscepto. Verū non ita res agenda est, vt de statu mentis deijciaris. Eius mortem ęquo animo ferre te decet, ne rerum mortalium ignaros imitari videaris, qui insaniunt, tanquam noui aliquod passi, quod humanum non foret. Vtrque flendi non sunt, qui pueri moriuntur, quibus, cum peccatis, culpaquè careant, accidere nihil potest, quod horribile sit, & pertimescendum. Si diú vixisset, plurimis suis fortasse peccatis, in ęrumnas incredibiles incidisset. Esto igitur bono animo.

Io. Baptistæ Frigerio.

Sicut Iuuenes adolescentes, atque adultos lacrimari ferendum est, ita contra ridiculum prosequi lacrimis senio confectos. Cum nullo modo sint flendi, qui ante nos nati sunt, quod ante nos forte deciderint. Hic omninò est rerum ordo, ut qui primo hanc vitam ingrcssi dicuntur, ab ea primi omnium exeant Recordare, sed non flere velis.

Procaci.

Lingua tua procax flabellum est sedi tionis, tibi diligentissime in posterum continenda est. Ea ego sic te vti cupio, vt ne tibi aliquando me præsente recida tur, libidinis tuæ Aristarcum habitura. Ni cautius vteris, breui scies futurum satius fuisse nullam omnino à Deo tibi datam, quám cum innocentis pernicie eandem accepisse. Petulans.

Martio.

Scribis . . . . . . perperam de me fieri nonnulla, quæ tu ægreferres. Meo nomine ei nunciaueris se alia multa ne scire, quę tacere cogitur. Sileat.

Aloysio Cagnolo.

Ad te superioribus mensibus nihil scribere sum ausus, ne ea commemorare cogerer, quæ nec mihi licebant, nec aures tuę sine summo dolore admisissent. Nunc quoniam calamitas vndequaquè se effundit, omniaquè lacrimis madescunt, videtur licere tibi aliquid significare. Ille parpetrauit, quod omnes suspicabantur, examenquè rigidũ omnia numerabat, & si aliquando tacebat, tamen paucis verbis malè prolatis, ostendebat se in multis, & huiusmodi rebus versatum esse. Homo olim sala-

cissi-

cissimus, eò cœcitatis deuenit, vt nullo prorsus discrimine seiungeret vitam à morte, voluptatem à dolore. Verum suo didicit periculo. Nec multis, nec bene quid sentiret indicauit. Nisi immittat Deus pluuiam, actum est de illo. Dole.

Ioseph Milano.

Negocium tuum breui conficere non possum, cum viros amplissimos attingat, qui cum mihi sint alloquendi, propono mihimet, quod simili in re Socrates, vel Zeno fecissent. Me habes. Et ego si loquor minus prudenter, tu voti compos non eris, ego ab audacia, & temeritate non abero. Intellige.

Cataneo Viualdo.

Non est cur mihi gratias agas, nam gratiarum actio debetur danti, non recipienti.

Io:Baptistę Frigerio.

Longo silentio tuo nostra videtur amicitia claudicare, quippe quę taciturnitate dissoluitur. Vt igitur consulas diuturnitati. Age? obstinatum rumpe istud silentium.

Eidem.

Negligentem cautionem potius, qu diligens periculum amo. Tu non igno ras, à quo huius rei summa pendeat. Epistolam homini certissimo perferen dam dabo, fac mei imitatione respon deas. Vale cum familiaribus, & ami cis omnibus.

Astrologo.

Errantium stellarum cursus, pro gressiones, institutionesquè notare, lu næ motus varios & sydera, quæ Cœli fixa non mouentur loco, ob quam cau sam suis sedibus inhereant, & perpetuè maneant, cur cum ipsius mundi motu congruant, formam cœli vndique syde ribus ornatam, eorumque eodem vnde profecta, cur fiat ad vnum tempus re uersio circuitu solis, & lunæ, vtriusque scire Ecclypsim, & etiam aliquem popu larem vel nobilem virum decipere, vel illudere sperantibus esse fallacem po tentibus infidum, & alias huiusmodi lu siones, hucusquè quamuis vanè facere potest. Sed potentissimo Principi, & furioso grandia, vanaquè polliceri tu tum non est. Nam si te tuę semel stillæ fefellerint, pendebis. Time.

Zelotipo.

Non tam diligenter bouem Iunonis Ar

Argus custodiuit, quam tu stulte iussi-
ti mulierem tuam obseruari. Mulieres
d potissimum volunt, quod maxime
denegatur. Quare, & linceo tibi impo
sturam faciet. Deum ora, atque etiam
exora, vt suapte sponte casta sit, sin mi
nus omnis labor erit irritus. Crede.

Petro Desflores

Fictio epistolæ tuæ mihi apertissimè cognita est. Quare non est, vt si alios decepisti me decipias ministrum tuę deceptionis. Non enim in fictionibus extensio fit. Disce.

Poetæ Iactatori.

Nimium tibi tribuis, qui putas te & solum, & primum esse Poetarum. Si solus es? qui primus esse potes? si primus, qui solus? Ridiculum caput.

Partim ridiculus, partim miserabilis mihi videris. Ridiculus, quia ambitiosè ad maiora aspiras. Miserabilis, quia spe frustraris.

Martio.

Liberalis . . . non est. Nam perdere scit, donare nescit. Quare multo ære contracto, corruet, & liberalitate liberalitas peribit.

Eidem.

Negligentem cautionem potius, q diligens periculum amo. Tu non igi ras, à quo huius rei summa pendeat Epistolam homini certissimo perferc dam dabo, fac mei imitatione respo deas. Vale cum familiaribus, & am cis omnibus.

Astrologo.

Errantium stellarum cursus, pr gressiones, institutionesquè notare, l næ motus varios & sydera, quæ Cœl fixa non mouentur loco, ob quam cau sam suis sedibus inhereant, & perpetu maneant, cur cum ipsius mundi mot congruant, formam cœli vndique syd ribus ornatam, eorumque eodem vnd profecta, cur fiat ad vnum tempus re uersio circuitu solis, & lunæ, vtriusqu scire Ecclypsim, & etiam aliquem popu larem vel nobilem virum decipere, ve illudere sperantibus esse fallacem po tentibus infidum, & alias huiusmodi li siones, hucusquè quamuis vanè facer potest. Sed potentissimo Principi, & furioso grandia, vanaquè polliceri tu tum non est. Nam si te tuę semel stillæ fefellerint, pendebis. Time.

Zelotipo.

Non tam diligenter bouem Iunonis

Ar

Argus custodiuit, quam tu stulte iussisti mulierem tuam obseruari. Mulieres id potissimum volunt, quod maxime denegatur. Quare, & linceo tibi impostura faciet. Deum ora, atque etiam exora, vt suapte sponte casta sit, sin minus omnis labor erit irritus. Crede.

Petro Desflores

Fictio epistolæ tuæ mihi apertissimè cognita est. Quare non est, vt si alios decepisti me decipias ministrum tuæ deceptionis. Non enim in fictionibus extensio fit. Disce.

Poetæ Iactatori.

Nimium tibi tribuis, qui putas te & solum, & primum esse Poetarum. Si solus es? qui primus esse potes? si primus, qui solus? Ridiculum caput.

Partim ridiculus, partim miserabilis mihi videris. Ridiculus, quia ambitiosè ad maiora aspiras. Miserabilis, quia spe frustraris.

Martio.

Liberalis . . . non est. Nam perdere scit, donare nescit. Quare multo ære contracto, corruet, & liberalitate liberalitas peribit.

Ioachimo Passano.

Sæpius ad me scripsisti, quam è nationibus præstantiorem existimarem, Breuiter respondeo. Hispanam, de qua in libris nostris de Curiosa Doctrina, quos nunc edimus satis multa. Si rectissime perpenderis, & cum alijs omnibus in rebus comparaueris facillimè in meam sententiam descendes, & veritatem hanc amplecteris. Caue aliter opineris.

Martio.

Quę tibi delata sunt, præter quàm quód falsa sunt, non nisi ab inuido proficisci potuere. Non ea modo non sum locutus, sed ne mea quidem finxi cogitatione. Si paululum supersedebis, veritatem dies aperiet. Crede amicorum sincerissime.

Speras futurum, vt liber á te nuper editus, in omnium memoria vigeat post mortem tuam. Atqui cum nullus sit, non video, qua ratione esse posit ęternus. Stulte.

Antonio Baldesio.

De maxima re consilium petis, at consilia, vt plurimum non ex uoluntate, sed ex euentu solent probari. nisi pru-

prudens, saltem amicum consilium dabo. Hoc Aristotelis venit in mentem. Illud est melius, cuius priuatio est peior. Ità quidquid agere debeas, nullo negocio cognoueris.

Herculi Berrettæ.

Post morbum, qui me per septem menses Genuæ tenuit, quadam valetudine nunc Romę vtor, & si nōdum compos sanitatis, sed si de illo opere, vehementer à me expetito, certius factus ero, spero perfectam valetudinem redituram. Viue.

Andreę Ciolo.

Ille nouus Academicus, quem nuper in nostram Academiam adoptauimus; eum coram omnibus præfefert, vt primus omnium haberi cupiat, & velit. Nos quisquilias litterarum, se frugem, nos præsegmina, se corpus, nos putamina, se nucleum credit. Id qua ratione omniū aures patiantur, tibi iudicandum relinquo. Nos non minus eius insolentem temeritatē, quàm insulsam audaciam ridemus, maximeq; nos delectat illud ridiculum caput, quod cum sit litteratorum simiolus, verbis superbis in Academiam nostram oblatrare audeat, perinde, ac si sus mineruam, & Homerum carmina doceret.

Cum clarissimi viri, & illustriores Italiæ Ciuitates rectisime de Academia sentiant. Sed aduersus generosissimos Leones procul despectis vocibus, etiam quidem sæpe lucernarij canes baubantur. Francisco Vintæ dic salutem meis verbis.

Despicatissimo Homini.

Si te alicui peritissimo Astrologo cognoscendum præberes, aliquam pensionem singulis annis proculdubio referres. Nam cum illi rerum nouarum cupidisint, multaque signa noua inuenire, magnopere exoptent, tu nebulo, omnibus incognitus vita, & moribus insitatis, animo corporequè deformis, natura quadam recondita, malus causa esses, vt ille aliquem nouum syderum aspectum perciperet. Nam cur stella Iouis, aut Veneris coniūcta cum luna pueris oriētibus salutaris fit, Saturni contra, & Martis aduersa, aliasqué huiusmodi Cœlorum rationes apertissime cognoscunt. Sed te ab omnibus non solum hominibus, verum teterrimis etiam belluis, & inanimatis discrepantem, omnibusque ex opposito aduersantem ignorabit, nisi ad nouos pectus eodē die natos, & mortuos, ne alia tui similia generentur, recurrat. Qui ortus ergo fuit tuus.

Aſtrologo.

Obſeruatum eſt a te Aſtrologe, eos, quos Capricornus benigne aſpexerit, naſci Reges, quos Aquarius piſcatores quos Mercurius Trapezitas, quos Oriō Venatores, quos Mars homicidas, & gladio caſuros. Item aſcendente Geminorum ſydere, & Saturno, Mercurioq; ſub Aquario iunctis in noua Cœli plaga naſci vates. Preterea, qui Saturnū in Leone feliciter conſtitutum in geneſi ſortitum fuerit, eos multis calamitatibus irreptum iri, & alia huiuſmodi, quę tibi nota eſſe ais. Quid ni ergo, ſi ſi hanc totam ſyderalem diſciplinam, longo vſu collectam percalluiſti, ſortes tuas, fataquè, & fortunam diſtribuere ignoraſti, cum te ad triremes, per decennium deſtinatum ſtellę feſellerint. Miſer.

Bartholomeo Panciatico.

Multa expoſtulas, aut tibi, aut Mundo eſt ſatiſfaciendum. Si tibi iam expletus eſſe deberes, ſi Mundo nunquam facies ſatis. Quid illę tecū? ludat alios more ſuo. Tandem Tragicorum nódum comperies tuo periculo. Cogita.

Alexandro Recordato.

Antonius non viribus, ſed arte rem

gerit. Ideo iam initium ei prosperè succedit. At alter vt natura præceps, quasi desperatione ductus, rem subterfugit, ac primum consilium deserens ad meras nugas dilabitur huic amici grati animi specie multa naufragia minantur neque resipiscit oblimato animo, prius omnia tentare cupiens. Illi vero solum artificium prodest. Interim paternam beneuolentiam mihi exhibe.

Gabrieli Chiabreræ.

Libris, quos maximo labore lucubrasti, ne tardes manum extremam imponere, publicè, ué monumétis consignare, ne morte præuentus damneris ignauia. Propera.

Perfido.

Amicitia mea vsus es, tanquam nouis calceis, qui tantisper in precio sunt, dum nitent, moxque vbi luto infecti in angulum abiiciuntur, atquè ibi nullo curante situ exeduntur. Ita ego dum vigerem, à te in honore habitus sum, quia vtilis tibi nunc esse desij, negligor, ac reicior. Sed malè tibi erit, si amicitias non virtute, sed pecunijs conciliabis. Crede.

Domi-

Dominico Comiti.

Franciscus mulieres iam obsoleta forma, quęque non possunt nisi per tenebras adamari, in negotio tuo obeundo est imitatus. Nam hæ cum nudæ libidinari parant, extinguunt lucernam, ne rugas, situsque corporis ostendant. Sic ille, quia per lucem negociũ periculosũ erat, ne illud desereret, noctu iudices adibat, nox autem, & munera omne dedecus cooperuerunt. Ride, & spera.

Ioanni Baptistæ Lungo.

Non est, cur mecum dissimulatione, atque ambagibus vtaris: nam & ego fuco, & fallacijs tecum. Hæc in eo nihil habent momenti, in quo mora citissima valet. Vola.

Martio.

In posterum tibi melius consules, cum leuioribus cõtemptis grauiora temerè cecideris. Aqua, etiam si guttatim cadet, lapidem excauat, & scintilla neglecta magnum excitat incendiũ. Caue.

Blasphe-

Blasphematori.

a ea tolerari possunt, quæ, & si
i emolumentum afferant, tamen
vitijs laborantibus nō displicet;
ero, nec sibi, nec alijs adiumento
non solùm illa detestari par est,
iatis sunt acerbissimè punienda.
blasphemiam, quę & ipsis scelestis
a, & Deo execrabilis est. Quam-
m atrocissimas pœnas hominibus,
Deo ipsi persolues, quem tui amen-
ni, & prodigiosi furoris adiutorem
ellitas. Putas omnibus terrori te
arum, cùm timere maximè omnium
cas, & ab ira diuina cauere. Miler.

Ioanni Villifranco.

Scribo, iterum scribo, & quid scribe-
debeam, penitùs ignoro; quare scri-
endi argumentum à tuis expecto.

Scipioni Morluuio.

Dolor perceptus ex morte parentis
ui, æquat beneuolentiam, qua semper
illum dilexi, atque obseruaui. Aliud
solatium mihi non est, quam acerbissi-
mum dolorem, quo te debueram leua-
re, tecū cōmunicare, vt mixtis vtriusq;
lacrymis aliqua ex parte imminuatur,
aut saltem, vt meę solius plurimæ la-
chrymæ sub honore non careant. Me
inter primos amicos numera.

Mi-

dum gladius ferreus corio tectus, & ve stitus est, ita anima nobilis fragili sæpe corpore operitur. In naui valentiores facilius vela soluunt, eademque ventis expandunt. Sapientiores cætera gubernant. Tristari noli.

Octauio Martio.

Franciscus mulieres iam obsoleta forma, quæque non possunt nisi per tenebras adamari, in negotio tuo obeundo est imitatus. Nam hæ cum nudæ libidini parant, extinguunt lucernam, ne rugas, situsque corporis ostendant. Sic ille, quia per lucem negociū periculosū erat, ne illud desereret, noctu iudices adibat, nox autem, & munera omne dedecus cooperuerunt. Ride, & spera.

Ioanni Baptistæ Lungo.

Non est, cur mecum dissimulatione, atque ambagibus vtaris: nam & ego fu co, & fallacijs tecum. Hæc in eo nihil habent momenti, in quo mora citissima vales Vola.

Martio.

In posterum tibi melius consules, cum leuioribus cōtemptis grauiora temerè cecideris. Aqua, etiam si guttatim cadet, lapidem excauat, & scintilla neglecta magnum excitat incendiū. Caue.

Blasphe-

Blasphematori.

tiā ea tolerari possunt, quæ, & si
im emolumentum afferant, tamen
m vitijs laborantibus nō implicet;
vero, nec sibi, nec alijs iuuamento
, non solum illa detestari par est,
etiam sunt acerbissime punienda.
tr blasphemiam, quę & ipsis scelestis
ira, & Deo execrabilis est. Quam-
em atrocissimas pœnas hominibus,
Deo ipsi persoluęs, quem tui amen-
imi, & prodigiosi furoris adiutorem
pellitas. Putas omnibus terrori te
turum, cùm timere maximè omnium
beas, & ab ira diuina cauere. Miser.

Ioanni Villifranco.

Scribo, iterum scribo, & quid scribe-
e debeam, penitus ignoro; quale scri-
bendi argumentum à tuis expecto.

Scipioni Morluuio.

Dolor perceptus ex morte parentis
tui, æquat beneuolentiam, qua semper
illum dilexi, atque obseruaui. Aliud
solatium mihi non est, quam acerbissi-
mum dolorem, quo te debueram leua-
re, tecū cōmunicare, vt mixtis vtriusq;
lacrymis aliqua ex parte imminuatur,
aut saltem, vt meę solius plurimæ la-
chrymæ sub honore non careant. Me
inter primos amicos numera.

Minanti.

Puerilibus verbis mihi terrorem te incussurum existimas? Sanè vehementer esse puer, si talibus terriculamentis expauescerem, & nunc te hominem terrerem, si cui eris minatus istiusmodi minis, omniaque considerarem, quæ mihi ad timorem proponuntur. Verum tu non metum, sed pœnam primo quoque tempore expecta, nisi turpitudo te terreat ab iniuriosa vita. Time.

Ioanni Marię Castello.

Quid causse est, qui proximis diebus iam vehementer exultabas, vt ipsum gaudiũ videreris, ac te nunc ità consternit submolesta cura, vt timida, ac tremula epistola in manus meas tremulè cõtremisceret. Eiusmodi epistolas nolo, ne eo morbo, si contagione esset affectus, afficerer. Omni studio, ac diligẽtia in ęgroti salutem incumbe.

Angelo Leonino.

Si posthac oculos in fronte, non in tergo habebis, nemo ubi faciet imposturam. Si cum amicis viuendum est, multa vitia sunt dissimulãda; si quidem nullus futurus amicus, qui nihil vitiorum in amico ferre possit. Verum quæ famam respiciunt, aperienda, nõ ideo desinendum.

lum, ne virtus vitio victa videa-
sed aliquanto cautius agendum.
e beatus viuas admirande.

· Voluptario.

luptatem, quæ boni naturam fal-
quadam adulterat, reijce. Si qui
rationi est inimica, impedit consi-
nec vllum cum virtute potest ha-
commercium. Neque dicas in tua
sle potestate Nam est instar ca-
qui si pellitur, fugit, si nutritur,
anet. Scito.

Impuro adultero.

pera sæuissima omnium repti i i
arinę murenę nuptias accurrit, &
bilo prę'entiam suam indicauit,
at ipsam ex alto ad nuptias eiu cō-
im; hæc vero obedit, & cum venena
lante bestia vnitur. Tu verò om-
i animalium impurissimus, & vo'
rius ad omnem libidinem iculus
, atque mentem versans frustrà di-
ium tenras infame. nam arctissimo
ulo quo adstrictus es, nulla te ra-
e laxari iudices patientur. Stulte.

Amico.

oli de iniustissimis quorundam ver
aborate, qui te ętate confectum in
ras incumbentem arguunt, cum om
tas possit ad optimam quamque vi
li rationem accommodari quādo,
nes Cato gręcas litteras didicit, &

Socrates

Socrates ætate prouectus fidibus tractandis operam dedit. Satius illi iudicarunt earum artium vsum callere, quã nunquam percipere. Vale.

Amico.

Leuissima aduenæ cõmotus iniuria plus æquo iræ tribuisti. Nefariam turpitudinis notam fuge, ab inferendisque iniurijs animum amoueas. nam vilissimũ vindictæ genus est, eos molestare, qui parentibus, patria, amicis sunt orbati, quique omnia potestati tuæ, ac imperio subiecerunt. Socrates verberatus ab vltione temperauit, tu quid discruciaris, cum iustam contumeliam dumtaxat acceperis. Cura Soctatis gloriam referas; nam lædendo vincere mali Dæmonis lex est. facito.

Improbo.

Vitium superbum occultas, cum omnibus innotescat. Aut animum collige, aut scito te ab omnibus irrideri.

Antonio Paolo.

Quæstiones legi non inter se (vt ais) discrepantes; non repugnantia dicuntur, quæ in ratione conueniunt. Salutato mihi socium franciscum.

Octauio Martio.

Amicos te nouos amplecti intelligo, veteribus relictis. Inconstantia in amore nihil vulgarius, in communi vita mutare amicos, ac nouos complecti leuita-

tis

. Id olim perinde probrosum, infamè habebatur, vt si qua mubinde alios, atque alios admitte-
Si apud omnes bene audire velis, nconstantem in colendis amicitijs oportet. Sapi.

Octauio Martio.

luctuātes cogitationes, lubrica de-a, culpabilem corporis tui valetu-n, temporis infelicitatem, mole-m, & grauissimorum dolorum fœtem recto animo perpenderis, ma-afficieris consolatione. Nam sæ-lamitatis solatium est, nosse for-uam. Corporis curam negligas.

Cuidam.

eum mirari desinas animi ingrati m, vt tuum potius accuses. Ingra est beneficium, quod diu inter ma-lantis hæsit, cum mihi vltro, non ctatis precibus, deferre officium de s. Quare tarda te gratia fecit in-am. Piger.

pistolā particulis animi dolorē, ac imonias explicantibus refertā legi. or aliquis te cœpit nā supiriū mor st doloris. De quo doleas, non satis r constat; si fortasse, quoties effigiem is tui, quā domi habes, aspicis, to-illius recordatione cruciaris, aufer; is enim veteres nouis lachrymis de idi nō sūt. In

In contaminatiſsimum hominem.

Te ab incunabulis omnes cognoſcũt homo non ſolum bipedum, ſed quadri pedum impuriſſime, qui ſimul, atque in lucem ſuſceptus fuiſti, in omni con tinuó prauitate, & omnium abominan dorum ſcelerum genere, & rerum per uerſitate verſari cœpiſti, vt omnibus ſa tis ſuperque innoteſcit, te cum lacte immunditiarum, lues, & ſpurcitiarum ſordes ſordidiſsimum ſuxiſſe. Quamob rem mirum haud eſt, ſi te omnes, ſine domo, ſine patria, ſine ciuitate, paupe rem, ſordidum, nebulonem, ſicarium, intemperantem, comeſſabundum, can tilenas in cauponis lira ingrata, merce dis cauſa cantantem, vſque ad fecem vi na ſorbentem, ex alienis calamitatibus meſſem facientem, delicias que compa rantem, promptum ad vim, paratum ad ſeditionem, ad omne facinus auda cem, bonorum omnium odio flagran tem, ſcelus, ac perniciem ex intimo pe ctore anhelãtem, venena viroſa eructã tem, furioſam rabiem euomentem, ſpu mantibus labris homines vellicantem, fœtoribus omnia conſpurcantem, de pe ctoris baratro cænoſam ſpurcitiẽ, quaſi ſemper oboles, foras proijcientem, in aliis tormentis tabeſcentem, indomita

colubrinę

inæ linguæ colluuione, in conui-
npèr os armatum habentem, pe-
sfariam omnibus molientem, nil
sine scelere sperantem, ære alie-
ressum, tranquillitatis publicæ
batorem; flagitia noua quotidie
tem, omni veneri indulgentem,
ibidini parcentem; ore, lingua,
, vita omni inquinatissimum &
lus improbitatis alios vocare co-
n, tragicis execrationibus, & cer
ibusdam verbis inferis deuoue-
Quę quidem nullis victimis ex-
tur, quoniam superi, inferi, furię,
ies, pueri, mulieres te profligatū,
litum volunt. Iam robur corpo
erit; pallor in facie; frons audacia
caput in peius vergit, mens scele
tricta succumbit; fauces alienis
js defatigata brachia contorta;
scelerum ministræ, ipsis sceleri-
bilitatæ; oculi tetrico, atque tiran
rituitu obscurati, barba prolixa,
a supercilia, macies denique in to
pore, & in omnibus partibus in-
a, facinorum signa; & vultus per-
mœrore afflictus, atque obrutus,
ximum supplicio meritis tuis di
mo esse ostendunt, quia ad persi-
erdendos non accedere opus est lõ
mporis curriculo. Verum quid
peius cruce, & furca lues, nec ad
com-

commiserationem vllum flectes, etiamsi
fleres sanguine. Grauius enim peccasti
ó sarsanensis, sardanapale, quàm ut ti-
bi ignosci debeatur, neque credas pro-
fundissime libidinum gurges, contami-
natissima flagitia tua omnium scelerum
turpitudinum, ac contumeliarum ma-
lis notissima voluntate tua minora es-
se, acerbissimis poenis nondum persol-
tis; immo infelicissimum te existima,
cum de te, neque Deus, nec homo hu-
cusque solicitus fuerit. Ego verè credi-
derim ò lingua venalis, Procurator le-
nonum, qui semper ea loqueris quę vo-
racitati vastæ ventris tui conducunt,
quique tantas libidines exorbes, quàs
Charibdis haurire gurgite suo posset,
Deos omnes (si ita loqui fas est) iratos
fuisse in tua genitura, & mōstrū aliquod
ad omnia flagitiosissima scelera propē-
sum quodq; ex omni parte desiperet, & co-
taminatissimum foret, cōgenuisse. Nam
sic te prodigioso furore iactas, vt quem-
que ad calamitatem designes, ita ò mon-
strum immanissimum, in omnia flagi-
tia te ingurgitasti, omnes turpitudinis
notas subijsti, vt in summa nequitia nō
solum libido, & scelera, verum etiam
ipsius libidinis, & scelerum fama te ob-
lectet, vt nullus terrarum locus ab ex-
traordinarijs sceleribus tuis immunis
permanserit; Cum grege nebulonum

lsimo, in domesticos, exteros, fami-
, propinquos, & loginquos, impro
is alumne, & iustitiæ omnis rudis,
perite, plenis velis nauigas, ac de-
iaris. Iam ruptæ sunt duæ præ-
ancoræ, à quibus sustinebaris,
ine omnium maxima voluptate.
er Buricles, qui de tuis incommo-
udelissimisque calamitatibus diu:
Certissime scio, si Deus . . . . .
am tuorum peccatorum, non pæni-
. Veterem enim pelliculam haud
exuit, qui iamdudum fraudibus
luit. Nullū in posterum decipies,
s bifrontes Iani sunt, in quos ne-
s asinus auriculas mouere, vel ca-
ngua exerere, notus lippis atque
ribus, effœminatissimus, versico-
us inuidiæ, flagitiosæ luxuriæ, &
tæ improbitatis, notulis distinctus,
res iniquitatis. Sileo, quę recorda
e aliqua pollutione non possum,
concupiscentijs tuis animus, & au-
aures, & aspectu oculi polluuntur.
podas pete scelestissime, quibus sa
ua assimilatur. Nam hic nefario,
fami genere mortis omnes te affi-
volunt, vt furentis hominis nefa-
conatus, atque insolentissima auda
omprimatur, ne homines, ipseque
s deinceps contumeliosè tractetur.
taminatissime.

HI Cuidam

Cuidam.

Speras veniam. Veniam ego dem? nequaquam; dedita opera, atque de industria, non autem errore quodam, & casu in amicos debacchatus es. Alienæ calamitatis suspiria ab . . . . audita sunt, qui te vlciscentur, efficientque vt canes suorum pœniteat latratuum. Scelesse.

. . . . .

Augusto Puccinello.

Franciscus petit à me, vt tibi Andreã Laurentium, quàm diligentissimè commendem ignarus humanitatis tuę, quæ omnibus aditum humanissimè præbet, & conscius beneuolentię ergà te meæ, qua videris exequi diligentiâ quadam singulari cõmendationes meas. Quamobrem à te etiam, atque etiam rogo, vt commendati, & commendantis votũ imiteris. Vale cum amicis omnibus.

Alexandro de Franciscis.

Quoniam omnibus apertissimè constat, te quadam insita humanitate indigentes officijs, & liberalitate sic complecti, vt multo plus rogatori, quam rogato similis, & non polliceri, sed accipere potius beneficium videaris; Non

erit

necesse Ludouicum Marium, iuue-
egregiæ indolis, tibi etiam, atque
m commendare; Illud tamen vnum
ris precibus à me contendere, vt il-
, ac alios tibi commendum, de quo
i gratias etiam agere non dubitas.
m diutissime vale.

Mendaci.

Mendax, euades periurus parum e-
intereſt inter periurum, & menda-
. Qui mentiri solet, peierare con-
it, & qui semel a veritate deflexit,
c non minori religione ad periurii,
m mendacium perduci ſępe equidē
n aduerti. Neque enim vllum eſt
impudens mendacium, quod teſte
iino careat. Nebulo.

Liberali.

Liberalitati tuæ mercennariæ nihil
eo, quæ ſicut ſine præmio benigna
ita cum mercede ingrata. Pro
. & etiam non debitum, & num
s bonos pro adulterinis tibi ſolui.
telllige.

Syluestro Andreotio.

Si naturæ ſenſum ſequeris, larchy-
H 2 mis

miseriis parco; si rationis vsum, nequaquam. Impietas est in aliena felicitate ingemiscere, & iacturam propriam inimiti gloria deplorare. Sapi.

Ioanni Francisco Pallassolo.

Res humanę, quod scribis, patiuntur; nam quæ diuitibus grauia, & acerba sunt, pauperibus misera, & intolerabilia; vt hora quidem nulla secura á periculo, vel expectatione periculi relinquatur. Pauperes profundunt; Diuites aceruum pecuniæ augent: dant Pauperes, accumulant Diuites: illi misere quidquid est fortunarum dissipant, vt plene magis diuitum causa, quám sua procreati esse videantur.

Amico Mordaci.

Facetijs mordacibus pungis. Indignatio . . . . exorta tempore pręsertim, in quo consolatio, non contumelia expectabatur. Plures te doceant; nam asperę facetiæ, & quę multum ex vero traxere aciem, sui memoria relinquunt.

Antonio Paulo.

Tua olei lucernam epistola: ego veró

s vini, quam olei insumo. Aristo-
nis lucerna tibi est, at mihi non tot
nmi sunt vt Epicteti redimere queā.
ce.

Gentili suo.

Laudes tuas accipio supervacaneas
quentiæ tuę magis imagine, quam
um meatum simulacro. De his ne
bum quidem: Assentari enim viro
to indignum, mentiri fraudolentum

Cuidam.

Nequaquam amico reconciliato, aut
o, aut nunquam fidendum. Si deside
, me nulla in re illum molestare, cu-
r in omnibus . . . mihi fa-
t satis. Nam solus, qui vulnerauit,
are potest. Cæterum omnia vana.
ede.

Ignauo.

Ignauia famam non aucuperis. Opes
uunt cessantibus nonnunquam hono
etiam accidunt fugitantibus. At
ditio nemini contingit, nisi labore
ta. Stude, & me ama.

Curioso.

Si mores facies imitaretur, gallina
oculdubio esses. Hæc enim consueti

cibum deserit, vt granum in spurcitijs adinueniat. Tu familiaria colloquia deserens, ruminas secreta mihi displicentia, Tace; Non enim expedit omnia videre, nec omnia audire.

Alberto Ruffino.

Prudentissimorum virorum non est, modos, quibus pericula fugere, & non sustinere possint, inuestigare. Si euitatio possibilis, laudabilis quidem est. At illi, qui præclara exequi cupit, sunt adeũda pericula, cum egregia non nisi maximis contradictionibus generãtur. Persevera.

Cuidam.

Posco, moneo, oro propter veterem obseruantiam, ac beneuolentiam, quæ mihi cum fratre tuo intercessit, ne me diutius contumeliis afficere persistas. Nam aliòqui Deum, hominesque testor causas, rixarum non à me, sed abste proficisci, & decere me, mea aliquo modo vindicare, si iura apud te contemnantur. Quod si feceris, tibi haud dubie persuadeas, me non modo remissurum, ex antiquo meo in te amore aliquid, sed insuper nihil eidem negaturi, quod gloriam tuam respiciat. Intellige.

Iulio

Iulio Cæſari Buttifango.

ſaximę velim, ac etiam, atque etiam
o, & oro, vt de negocio aliquam ſu
ias cogitationem. Quod ſi moles eſ
:am grauis, vt ſolus illa mouere ne-
res, Mathematicis inſtrumentis vta
& vehementiore impetu quo fieri po
. Opus fortaſſe laudabile euadet,
perire.

Gaſpari Palombo.

i conſolationum his temporibus eſ-
capax, tuæ doctiſsimæ epiſtolæ, vel
conſolatæ eſſent, vel dolorem, ali-
nculum imminuiſſent. Verum, cum
tiſsimę, ac moleſtiſsimæ cogitatio-
me aſsiduó exerceant, nullum con-
ationis genus ex opto, ſi quæ diſpera
a hominem, deceant conſcripſeris,
tiſsimum fęceris, quia non ſemper
trarijs. verum quoque ſimilia, ſimi-
us aliquando curantur.

Octauio, Martio.

Te poetam nollem. Omnes mali.
iſtophanem lege, Bacchum ad infe-
s deſcendentem, vt Euripidem, aut
num aliquem Poetam inueniret fin-
gere. Satis enim apud ſuperos; ne-

minem reperiri, nisi malum, constab...

Diuiti.

Nefario te crimine absolutum la...tor. Gratias age pecuniæ. Nam le...ges humanæ, vt araneorum telæ, in...becillia tantum animalia capiunt, magnis, & potentibus disrumpuntur. Vale.

Bernadino Messorio

Paulinus familiaris tuus mihi solu... recta opinione cognitus, nuper ad m... venit, qui astutiam tuam, ac verecu...diam iucunda similitudine expressis... Omnia placent; sed magis eruditio, ... qua eum magis occupat sensuum me...dulla, quam spuma verborum. Qu... propter non gratis venit. Crede.

Octauio Martio.

Qui morbus sit iste tuus, ad me scri...bas velim. Comedendum est, manus non habes: ambulandum est; pedes non habes, dolendum est; manus habes, & pedes. Quid tibi videtur, ægrote.

Hiero.

Hieronymo Interminello.

Qualem putas, Romanam curiam esse? Nomen conueniens est sortita: Nam à grauibus curis dicta est, si experientię est credendum. Illa siquidem, montes aureos promittit, honores, dignitates, & opulentissimas diuitias, quę omnia rapidis aquis irrita feruntur. Putasne Romam virtutibus omnium respondere, sexcenti mundi flagrantissimarum cupiditatum capaces nō essent. Deus scit, quos elegit, nouorum hospitum virtutes nō ità innotescunt; & qui Romanam curiam sequeris, thiaras ne ambito. Hæ spernentibus accidunt, ab ambientibus vero recedunt. Tuis ergo rebus consule.

Octauio Martio.

Ad cœnam venies, philosophicum cōuiuium erit, non Socratis, aut Diogenis, sed huius temporis opiparū, atque laute. Septem fercula, & amplius tibi apponenda curabo, septemque cyathos vini colore cum auro certantis, de mensa Principum in primis bene meriti, & varia genera, quę nec cęcubo, nec falerno cedūt. Triduo ante corpus flaua bili ràcquirabis, vt mēsas post epulas deuoses, prosit tecum aliquos defer, vt saturi legamus ad sobrietatem. Veni.

Baſſiano Cetenago.

Si athleticè vales, bene eſt; Ego quidem pancraticè valeo. Malum illud effugiendo, bonum me inueniſſe ſcito. Verum preſente vino bibere acetum oportuit, Intellige.

Ioanni Thomæ Iuſtiniano.

Ad te ſcribo, mihi reſcribe, te diligo, me ama, & fœliciter Vale.

Raphaeli Turri.

Qui cantando Tigres mulcere furore audebat, & rapidiſſimę aquę flumen ſiſtere mortuus eſt, Sentinus Parmenſis, cui Veteres Citharedi cedebant, cui Apollo inuidit, nec ſibi parem eum eſſe tulit. Verum tamen ſi dum languore oppreſſus periret, plectorum manibus ſumere ei permiſſum fuiſſet, proculdubio ſceleſtiſſima mors, quæ dum eo carebat corripuit, ab arte moueri dediciſſet. Noli plorare, non enim mortuus dicitur, qui ſempiternæ gloriæ nomen ſuum commendauit, & de quo nulla vnquám poſteritas conticiſcet.

Amico.

Semper promittis, nunquàm accipio. Quis profectó tibi crediderit, ſi tibimet non credis.

Amico

Amico.

Redde mihi nummos, tuis verbis cre
|am, cum illos dederis.

Si nemini places, causa est nimius
ui amor.

Amico.

Et irasceris cum mea repeto, neque
das. Quæ reposco mea sunt. Redde,
& quàm primum. Ira tua sit.

Medico Mendico.

Medicum egregium, ac singularem
prætefers: Ego plus te esse fateor. Vna
enim littera, quàm medico tibi plus est.

Octauio Martio.

Mihi nuper promisisti, duos libros
dono daturum, at tantum verba reli-
quisti. Parce tibi, Homo es.

Astrologo.

Sæpe inspectis astris, mulierum tuã
optimam esse, inspectis iterùm, post-
quam fugit adultera, omnibus malam
esse prædicas. Non te pudet. Fatue.

Cuidam.

Liber tuus ex animi sententia non vi
uet; nam non malè viuere, sed benè va-
lere, visa est. Veruntamen, si quæ

probro languescit, vitam esse existimas tibi detur viuere morte æterna.

Cuidam Mulieri.

Ob natiuę pulchritudinis penuriam adulterina elegãtia faciem dehonestas; & vt ex Hecuba Helena videaris, rugas contegis. Desine desipere, stulta. Stibio enim cana senectus, nō vult perfundi, & nullus est, qui te anum nesciat.

Octauio Martio.

Te sæpè nummos poscere, me pudet, at me malè nummatum esse, magis puderet. Scito.

Petro Laurentio Fortiguerrę equiti.

Multos loquēdo vitam tuam laudare, virtutem verò te tacendo probare lætor. Perge.

Ambrosio Martio.

Sapientes secreta consilia tegenda semper admonuerunt. Intellige. Nam techna cognita nocet autori.

Noli mirari te omnia, nihil facientem; Rem solam facit, qui facit.

Thomæ Stigliano.

Te Febris quartā te vexat, & fandis dul-

ãlciſſima carmina. Te bis ſurere etiã, que etiam lætor. Cura, vt valeas.

Ambroſio Martio.

Ad te ſcribam, ſcripto aliquo á te la ſitus. Ego.n. reſpondere facilius poſ-n, quàm prouocare, itaque vt ſæpius me ſcribas, rogo.

Gaſpari Condò

iue petam magna, ſiue parua, idem it exitus. Magna piget, parua autem aie pudet. At quę ſcriba que mihi ;, nec te pigeat, nec pudeat.

Reprehenſori.

ſonita tua mihi ſtomachum mouet. le, ò ſtulte verba diſerta: Multum exemplis, voce autem paruin mi .loqui facile eſt, laboris ſummi eſſe ui. Ipſe peragito, quę loqueris, ſi s audiri.

Suſpicioſo.

hil amicis credis, nihil parētibus em docuiſſe fallere, dum falli ti-cito.

Ingrato.

mireris, ſi tibi multa iure conſan tatis, & amicitię petenti negent ſ fratres, atque amici, quippe re-tantum manu fricare.

Multa

Multa ſcribis, multa dicis; effice, quod loqueris, Ignare, Nam didiciſſe parum eſt.

Si vis credam te malorum pœnituiſſe, ſceleſta, ac flagitioſa crimina poſt hac ne iteres. Turpe homini eſt, vbi fluuialibus vndis, ſe lauerit, à ſolito luto nolle carere.

Io: Andreæ Ronetto.

Sæpe verbis, re nunquam ſoluis pecuniam. Quod toties ſoluis, vt ſemel ſoluas, te etiam, atquè etiam rogo.

Poetæ inſipido

Si te putas Poetarum ſapientiſſimum eſſe; inſanis; quia hac tua ſcientia, nihil magis eſt inſcium.

Verba tua leuia ſunt, ac comita: Facta autem mea grauia erunt, ac tragica, & indigniſsimorum verborum, digniſſimas pœnas dabis. Crede.

Ioanni Bap: fideliſsimo.

Doctiſſima carmina tua, non à febri, qua laborare ſcribis, ſed ab Apolline, qui intus medullas vrit proficiſcuntur. Sed eſto; ſi tam præclaros ignes tibi ſuggerit febris, quid ſanum faciet corpus?

Bom-

Bonifacio Vannotio.

Huius vitæ breuitatem, ac fugacitatem intelligere. Sapientes dicet. Quamobrem, noli procrastinando tenere Hominum expectationem suspensam, neque nos fructu iucundissimæ lectionis scriptorum tuorum, aut te ipsum fraudare tua gloria. Sapi.

Cypriano Caresano.

Quod postulo, vel citó da, vel clara voce nega, nam promissi tarda fides officij, genus est mortis.

Bartholomeo Bartholino.

Noli Vxorem ducere, nam Vxor mala est, cum malè, fit peior, pessima verò, quando bene tractas. Bona si moriatur, Melior si virò viuente, optima veró si properè faciat. Me profectò fugit, qua ratione matrimonium tibi expediat. Si vt fœlicius viuas; Falleris; nam hac lege fœlix non eris. In mortalibus enim nihil tristius; nihil quod magis homines vexet; natura produxit vxore; quæ si deformis erit, obsecro, tu ne talis, si fit tibi coniux ista, eris beatus? si forma mediocris, modus quidā optimus, at quidem subitò deperit; si formosa viris mille

mille obnoxia, de qua, tota mea est, tu queas dicere; si sterilis, nullus dies fini-site; si fœcunda pro singulo nato mille tædia. His mentem tenacem, caput indomitum adde. At dices formosam volo: Si mille rogabunt, quamuis rogata vlli minimè dabit, si natos dederit, iucundissimum erit illos spectare, si sterilis, sarcina leuissima erit. Cætera vera quidem sunt, & magna, sed cunctis rebus omnia incommoda connata sunt, Ipsaque commoda, incommodis plena conspiciuntur: Hæc tibi concederem, si voto tuo præclarè responderent; Sed iterum audi. Si formosam duxeris, quod optabis, ipsa vetabit, & voluntati tuę formæ repugnabit, nam vt ille.

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Quoniam corporis pulchritudini, plerunque animus non respondet. Si deformem, non eam diliges, quia nullum est maius malum turpitudine, quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri. Ipsa te totum deformabit, & dum nimis operam dabit, vt viris placeat (volunt enim fuco formosę deformes videri) tibi non placebit. Si gaudebis media forma ludere, frustra, nã multa inuenies

ueniet mediocritate quadam moderata, sed mulieres nullam mediocritatem tenent. Si Iuuenem, mobilem, mutabilemque ętatem ad vsum, vel aliquod studium nūquam formabis: nam ad honestas artes mulieres natæ non sunt. Si negligentem, patrimonium dissipabit. Si stupidam, statua marmorea pulchrior, ac vtilior est. Si diuitem, arrogantem, ac intolerabilem, cuius stultitiam pati, & ad eius arbitrium, non ad tuum viuere tibi necessarium erit. Superbe imperabit, te fastidiet, nec libidinem, & licentiam refrenabis, quia pecunia licentiam licentia vero luxum suadet, illecebrisque fauet, nec eam pudor à turpitudine, metus à periculo, aut ratio à furore renouabit. Vincit enim libido pudorem, timorem audacia, rationem amentia, & sine vllo labore, atque ęrumna in amplissimo apparatu, ac omnium rerum abundantiæ vitam mollem, luxuriosam, ac delicatam deget. Si callidam, in fatalem calamitatē incidis, cuius deplorandæ ipsa tibi adimet facultatem, & potestatem. Ac si de ea subdubitabis, vt latebrosum crimen deprehendas, in tacitis insidijs subsistes. Esto, quod inuenias, dolebis conspexisse, cum nulla medela tanto malo bona sit. Si litigiosam, nulla causa, in qua non litem moueat. Si tu verò circa lectum iniuriæ

aliqua

mille obnoxia, de qua, tota mea est, nequeas dicere; si sterilis, nullus dies sine lite; si fœcunda pro singulo nato mille tędia. His mentem tenacem, caput indomitum adde.. At dices formosam volo: Si mille rogabunt, quamuis rogata vlli minime dabit, si natos dederit, iucundissimum erit illos spectare, si sterilis, sarcina leuissima erit. Cætera vera quidem sunt, & magna, sed cunctis rebus omnia incommoda connata sunt, Ipsaque commoda, incommodis plena conspiciuntur. Hæc tibi concederem, si voto tuo pręclare responderent; Sed iterum audi.. Si formosam duxeris, quod optabis, ipsa vetabit, & voluntati tuę forma repugnabit, nam vt ille.

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Quoniam corporis pulchritudini, plerunque animus non respondet. Si deformem, non eam diliges, quia nullum est maius malum turpitudine, quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri. Ipsa te totum deformabit, & dum nimis operam dabit, vt viris placeat (volunt enim fuco formosę deformes videri) tibi non placebit. Si gaudebis media forma ludere, frustra, nā multa inuenies

reniés mediocritate quadam moderata, sed mulieres nullam mediocritatem tenent. Si Iuuenem, mobilem, mutabilemque ętatem ad vsum, vel aliquod studium nūquam formabis: nam ad honestas artes mulieres natæ non sunt. Si negligentem, patrimonium dissipabit. Si stupidam, statua marmorea pulchrior, ac vtilior est. Si diuitem, atrogantem, ac intolerabilem, cuius stultitiam pati, & ad eius arbitrium, non ad tuum viuere tibi necessarium erit. Superbe imperabit, te fastidiet, nec libidinem, & licentiam refrępnabis, quia pecunia licentiam licentia vero luxum suadet, illecebrisque fauet, nec eam pudor à turpitudine, metus à periculo, aut ratio à furore renouabit. Vincit enim libido pudorem, timorem audacia, rationem amentia, & sine vllo labore, atque ęrumna in amplissimo apparatu, ac omnium rerum abundantia vitam mollem, luxuriosam, ac delicatam deget. Si callidam, in fatalem calamitatē incidis, cuius deplorandæ ipsa tibi adimet facultatem, & potestatem. Ac si de ea subdubitabis, vt latebrosum crimen deprehendas, in tacitis insidijs subsistes. Esto, quod inuenias, dolebis conspexisse, cum nulla medela tanto malo bona sit. Si litigiosam, nulla causa, in qua non litem moueat. Si tu verò circa lectum iniuria

aliqua

aliqua, eam affeceris clandeſtinis inſi dijs & adorietur, & magnitudo pecca to eam non timidam, ſed lis audacem natura inconſideratam faciet. Si leuem ſtatim ſecura libidine inuetitum ruet, nam ingenium eſt omnium mulierum à natura, procliue ad libidinem, qua in teterrimum malum incidunt, quod cum inſanabile ſit, nullam admittit me decinam. Si gulę deditam ſuperuaca neis epulis menſas onerabis, appoſitos cibos ipſa corripiet, ac deuorabit, qui crudeliſsimos morbos accerſent. Si vi no, lingua titubans, pedibus vacillans oculos mero grauēs habens, caput in torquens, tranſuerſum collum admo uens, ac prę tumulentia ructus edens, euomet in lecto, & ebria dum & rotare omnia vidibuntur, te rotundum efficiet. Si auaram, frugaliſsimo ac duriſsimo victu, vti te oportebit, qui corpus debi litans, atquè eneruans citùs ad veſpe ras tendes. Si ſæuεram, duram in om nibus, ac inexorabilem inueneris, & aſ ſeuerabis ex ferro, adamante animum compactum habere. Certo experimen to cognitam, ac perſpectam nunquam habebis, arte enim tales recondita qua dam atuntur, quę nunquam poteſt prę diſci. Si libidinari voluerit, tunc illis nulla lex eſt, nulla religio, nulius exiſti mationis pudor, nullius apud illam gre uis

uis autoritas, nullum egregium exemplum, quod sequi velit. Si astutam, vitam infœlicissimam transegeris. Suspicio enim semper tua socia erit, & vxor fidelis videbitur, sed eius facinora; oculis prius, quàm opinione, manibus ante quam suspicione deprahendes. Quamobrem dolor acer, ac sæuus te opprimet, ac vsquè ad medullas ipsas grassabitur: Dillorquebuntur viscera tua, sẽper tibi erit extrema animi perplexitas, ne quid agat, qua astutia te vincat, quid moliatur, quam fraudem nectat, quem dolum struat, tuos verò facillimè vitabit, teque facetius eludet, quàm putaueras. Si mollem, nitentem vnguentis, fulgentem pretiosis vestimentis, calamistrata coma compris capillis, & malentibus cincinnorum fimbris, & fluentibus, cerussatisque buccis medicamentis deinde ac conspurcatissimis pectoris, faciem illinet, & teterrimo odore te enecabit. Si superbã ceruicẽ eriget, extremis vnguibus incedet, supercilium tollet, pectus inflabit, ac intolerabili fastu prædita, ĩsolẽtissimè tibi respõdebit, lites, discordias, rixas, & bellũ perpetuõ tibi indicet, ac immodica cõtendẽdi libidine semper flagrabit. Si iracundã, tepati necesse erit, quidquid volet, furor libidinosus; dominante ira, ipsa intumescet, sanguineã voluet aciẽ, in omnes

colores

aliqua, eam affeceris clandestinis in
dijs & adorietur, & magnitudo pecc
to eam non timidam, sed lis audacem
natura inconsideratam faciet. Si leuem
statim secura libidine inuetitum rue
nam ingenium est omnium mulierum
à natura, procliue ad libidinem, qua i
teterrimum malum incidunt, quo
cum insanabile sit, nullam admittit m
decinam. Si gulę deditam superuaca
neis epulis mensas onerabis, appositos
cibos ipsa corripiet, ac deuorabit, qu
crudelissimos morbos accersent. Si v
no, lingua titudans, pedibus vacillan
oculos mero graues habens, caput in
torquens, transuersum collum admo
uens, ac prę tumulentia ructus edens,
euomet in lecto, & ebria dum & rotare
omnia vidibuntur, te rotundum efficiet
Si auaram, frugalissimo ac durissimo
victu, vti te oportebit, qui corpus debi
litans, atquè eneruans citiùs ad vespe-
ras tendes. Si sæuam, duram in om
nibus, ac inexorabilem inueneris, & as-
seuerabis ex ferro, adamante animum
compactum habere. Certo experimen
to cognitam, ac perspectam nunquam
habebis, arte enim tales recondita qua
dam atuntur, quę nunquam poteſt prę
disci. Si libidinari voluerit, tunc illis
nulla lex est, nulla religio, nulius existi
mationis pudor, nullius apud illam gre
uis

autoritas, nullum egregium exem-
m, quod sequi velit. Si astutam, vi
ı infœlicissimam transegeris. Suspi
enim semper tua socia erit, & vxor
:lis videbitur, sed eius facinora;ocu
prius,quàm opinione, manibus an-
quàm suspicione depræhendes. Qua
brem dolor acer, ac sæuus te oppri-
:t, ac vsquè ad medullas ipsas grassa
ur: Distorquebuntur viscera tua, sé
r tibi erit extrema animi perplexi-
;,ne quid agat, qua astutia te vincat,
id moliatur, quam fraudem nectat,
em dolum struat,tuos verò facillimè
rabit,teque facetius eludet,quàm pu-
ueras. Si mollem,nitentem vnguen-
;, fulgentem pretiosis vestimentis, ca-
mistrata coma compris capillis,& ma
ntibus cincinnorum fimbris, & fluen
ous, cerussatisque buccis medicamen-
; deinde ac conspurcatissimis pectu-
s, faciem illinet, & teterrimo odore
enecabit. Si superbā ceruicē eriget,
xtremis vnguibus incedet,supercilium
ollet,pectus inflabit, ac intolerabili fa
u prędita,īsolētissimè tibi respōdebit,
tes,discordias,rixas,& bellū perpetuō
ibi indicet,ac immodica cōtendēdi libi
line semper flagrabit.Si iracundā, tepa
ı necesse erit, quidquid volet furor
ibidinosus; dominante ira, ipsa intu-
nescet,sanguineā voluet aciē,in omnes
colores

colores vultum cómutabit, détes acue & spumabit. Te verò multa dare adolescentiæ oportebit, multa tacere, multa ei credere, multa perferre, multa concedere, etiam si non morbo animi, sed iudicio aliqua petulantia fuerit vsa. Te pessime mulctaturum iactabit, grauem iracundiam ad tempus pie occultabit, peruersitate animi obteget, odium in imo pectore continebit, lætam vultus superficiem, beneuolentia illitam, ac coloratam ostendet, quousquè tibi nefariam imposturam faciat, & dexteras ipsas, quę fidei testes esse solent, perfidia & scelere violare audebit. Si melancholicam, mortem, si lætam [illegible] modum ponere nesciet. Præclaris sermonibus iuuenella opera coniunget, oratione que blanda fidem illicitis actionibus explebit, ac omnia ita cernet, vt cernere minimè videbitur. Choreas volet, & curabit, & preceptis tuis detrahet pondus, & vt artifex malorum sapientissima Dianam memorabit insi bilis, castitate haud dubia, cultu corporis, forma, habituque non neglecto, hilarem vitam duxisse, arcu, pharetraque in delicijs vsam, venatibus assuetam, cantus preterea, choreas, flosculos, animi oblectamenta habuisse, fontibus lauisse ad pulitiem, atque vnguento capillo fecisse cõspicuum, neque polluisse ta-

lia

ia castitatem, neque vitā labefactasse. Quamobrem in omnibus rebus fabulas allegabit, vt fabulis credas. Si eam reprehenderis, ridebit, si minaberis, non metuet, si illecebris vteris, intumescet, in eam animaduertes, insolentissima, dissimulabis, audacissima euadet. Quamobrem si cum ea vixeris, mortem damaueris, absque ea mortem fugeris. Corpore enim aliquando animo autem nunquam vincuntur. His rationibus adductus omnia rectissimo animo perpendas. Et moderere prudentia tua, nec aliorum consilia auferant. Nemo est, qui tibi sapiētius suadere possit te ipso. Asser si potes, nam vt inquit ille.

habent paruę commoda magna moras.

Non digitis, non oculis, sed iudicio nobilitate, ac diuitiis tibi parem honestis, præclarisque parentibus ortam, mediocris pulchritudinis, summę integritatis, pudicitiæque singularis, quæque omnium sermone, lętitiaque communi celebretur, ducas. Verum tertió tibi adeo, ne ducas. Si pulchram, timoré, deformem, dolorem. Vis esse fœlix, illa, nec pulcrha, nec deformis lateri o hęreat. Pulcra? ne timeas, deformis? ne doleas. Caue.

Patior

Patior ineurias tuas, quia non sapis. At si tu tantillum saperes, ego fortasse nequaquam saperem.

Amico.

Dum doleo, tu doles, at tuus dolor nihil habet doloris. Gaude.

Amico.

Multa scribis, multa effutis, & plurimis falsis paucissima vera misces. tibi parco. Poeta es.

Cuidam.

Mentiris, dum te mentitum dicis. Noli stulte, vt sis mendax loqui vera

In famæ prœpopere inhias, sed fam sibi facillime paratur; nam ipsa per os te infamem vehit.

Probitatem laudas, & improbitati te subscribis. qui gesta improba probat, non est probus.

Fratribus

Tu doles, & frater tuus ridet vicem meam. ego verò risum lugeo, gemitum rideo, quia in vanis, vanus est risus, vanus est gemitus. vani.

Octauio

Octauio Martio.

Cur labores refugis, pericula times, ifciplinam negligis, confilia refpicis, ſum, fortunamque infœlicem exifti- ias. An ignoras ad laborem impigrū, l pericula fortem, ad vſum, ac difci- inam peritum, ad confilia prudētem, l cafus, fortunamque fœlicem pcta- um effe oportere. De Canonherio bi etiam, atque etiam perfuadeas, eū a tuum, & effe, & femper fore, vt nul ıs magis. quare, fi hic tibi re aliqua us eft, quę quidem meæ fit faculta- , loquere. Vale amantiffime.

Baſſiano Cetenago.

Non Rhadamanthi iudicium, fed Pa dis fuffragium amicus noftræ habuit; oniam affentationibus, & venenatis uneribus iudicem adortus eft. Non go id mirum tibi videatur, nam largi- one facile cæcantur mentes, imperito um.

Auaro.

Nulla alia calamitate, nifi tua auari- a, atque iniuria homines funt pauper mi. quoniā cunctarū rerū cupiditate ręditus, in omniū fortunas, poffeffionef- ıe impudētiffimos oculos, fpē, & metē

defi

desigis, & omnium pecuniam deuoras. At diues non est ille, cuius auaritię nimium angustus orbis terrarum, & in extrema copia maxima est paupertas. Cupis diues fieri, tuis esto contentus; Non enim fortuna, sed animus diuites facit.

Mulieri.

Audito gratissimi filij infœlicissimo nuncio, statim oculi caligauerunt, brachia conciderunt, lingua intorpuit, pectus intremuit, cor palpitauit. Hęc quia inopinata, improuisa, ac repentina acciderunt, tibi facillime concedūntur. At in grauissimo luctu perseuerare, comam vellicare, capillos laniare, pectus ferire, vestem conscerpere, carnes vnguibus lacinare, vtraque manu faciem discerpere, sursum, deorsumque quasi furore percita ferri, femur tundere, in terram sese prouoluere, omnia vlulatibus implere interdicitur. Nihil enim proinde est, quod piorum filiorum discessum ex hac vita tristissimo luctu ac insano furore prosequaris, quia his extinctus natus non resurget, imo insanire, est vulneribus vulnera addere.

Octauio Martio.

Te animo constanti Catoni similem esse mihi persuadebam: at pectus fœmi-

neum

bi inesse me docet epistola tua.
(crede) est tam innocens, vt mor
minum protrares queat excitare
oris bonos notare, pessimorum
ana solatia.

Eidem.

id oro, sepius ad me scribus, vt mi
datur ablatum, quod nunquã cre
im factũ, ni redditum fuerit. Rum
oras. quę enim serius fiunt, inuita
e agi videntur.

Antonio Francisco Primo:

gregia tua carmina legi in Hexame
Virgilium, in Alternis carminibus
idium, in lyra Pyndarum, in iocis, sa
us, ac festiuis dicteris Martialem ta-
e superas. Nam hæc omnia ita præ
s, vt omnium primus videaris.

Laurentio Secundo.

Mihi tua pręclarissima oratio lecta
t Ciceronis elegantiam, Platonis co
tam, Demosthenis vim, Isocratis iocun
itatem, Ennij seduitatem, Aphricani gr
itatem. Symmachi rotunditatem, Pl
ij maturitatem, facilime vincis. nam
nec omnia pręclara æmulatione ita af-
ectas, vt nulli secundus sis.

Desine fiere naufragium, lutulẽta vitia tua, & inquinatissima pectora lachrimæ lauent. At ni decipior meum sermonem irridebis ride, nulla ęgroto stomachum mouent.

Paucissimi in ore, nulli vero in soluto sermone tibi dentes, cũ illi putridi, ac veteres sint allatras. Sed mordere nequis, quamuis latratu te esse canem ostendas.

Thomæ Stigliano.

Quam properata dies abstulerat, vxorem dilectissimam, Eurydicẽ, Orpheus ab inferis dulcissimis fidibus reuocauit. Tu verò ab obscurissimo, & teterrimo baratro etruscam musam, quę occiderat reuocasti. Ergo nouus Orpheus omnibus es, cum per te etrusca gloria vigeat.

Francisco Bracciolino.

Carminum librum legi, qui phœbũ, & castas sorores acutissimé, & verecundo lepore loquitur mihi quidẽ placet, quia nulla in toto libro prurit lasciuia, & pagina non minus proba est, quam tibi vita.

Octauio Martio.

Calumniarum fabros, noli metuere. Nõ enim qui conuicia audit, sed qui facit, miser est.

Eidem.

Quid ad te, si quæ . . . ca-
nit, scribit, legit, sibi esse dictata ara diui-
nitus putat. Noli inuidere, vel argue-
re, ne illi illam fœlicitatem adimas. Nã
si vera laude frui nequit, imaginaria
saltem fruatur.

. . . . . .

Vtile nequaquam exoptares, si me
sano amore diligeres. At ego secunda
de me sperantes amare non cousueui.
In amore enim scelus est vtilitas. Abi.
Te nolo, à me deteriori conditione
amari.

Ludouico Mario.

Dicis, Procuratorem tuum verba tibi
dare. Quid dicis? Non verba dat, sed
vendit.

Amico.

Magna scribis, magna ambis, magna
meditaris, quidquid moliris; ac tentas
omnia magna. ludis, amas, rides, ma-
gnus es. Atqui omnia facis magna, vis
facere maius? Fac sapias.

Octauio Martio.

Quotidie te ad cænam inuitaui, nec
vnquam inuitationi respondisti; Vel ne
gocia habebas, vel rusticabaris, vel apud
aliquem pernoctabas, & ibidem posterũ
commorabaris, vel aliquod maximum
meditabaris. Hodie vero mihi parce,
nam esse domi mihi non vacat.

LECTORI.

SI tibi Epistolæ meæ placēt, mihi placet; Si non placēt, displicet. Vt tibi placerent, quorundam salibus eas asper si. Attamen tibi placebunt, si sumpta censoria virgula, de eis nō iniquam sententiam feres. Hoc te scire volo, ad veram gloriam non nisi per virtutem iri, ad quam facilius bene agēdo, quàm malè dicendo peruenitur. Leuitatis est inanem aucupari rumorem, & vmbras falsæ gloriæ cōsectari, iniustamque laudem venari, vt in iustam infamiā incurras. Caue ne peruicacem momū, duræ frontis Zoilū imiteris, qui aduersis musis, & nullo Apolline latrauerunt. Me nihil esse fateor. At si tu latraueris, aliquid eris; nempè Canis. Vale.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

ERRATA, quę offendes, conniuentibus oculis pertransito. Ea enim per meam incuriam, atquè imperitiam, Auctorisque absentiam admisi. Vale.

EPIST. LACONICARVM.
FINIS.

INDEX

A

B

C

D

Eu-

B

F

G


H

Octauio

INDEX

S co

FINIS.



Ego Don Horatius Morandi Romanus, Monachus Vallisun brosæ, de mãdato Adm. Ill. & Re Domini D. Vicarij Florẽtini, h præsentes Laconicas Epistol perlegi, ac diligenter examina & nil in illis S.R.E. Catholicæ co trarium, aut bonis moribus rep gnans inueni: Imò eas lepidissim salibus, ac varia, itidemque pe spicaci doctrina refertas vndequ que comperi. Et in fidem subsc psi. In Coenobio sanctæ Trinita tis Florentiæ. Quinto Idus Nou bris. MDCVII.

Ego Don Horatius qui su pra manum propria.

Imprimatur Florentiæ
Horatius Quaratesius V. ic. Fl substitutus.
Fra Lelius Inquisitor.

Petrus Caballus pro Ser. Magno Duce Etruriæ Aud: Fiscalis.



Ego Don Horatius Morand
Romanus, Monachus Vallisu
brosæ, de mādato Adm. Ill. & R
Domini D. Vicarij Florētini, h
præsentes Laconicas Episto
perlegi, ac diligenter examina
& nil in illis S.R.E. Catholicæ c
trarium, aut bonis moribus re
gnans inueni: Imò eas lepidissin
salibus, ac varia, itidemque pe
spicaci doctrina refertas vndequ
que comperi. Et in fidem subsc
psi. In Coenobio sanctæ Trinit
tis Florentiæ. Quinto Idus Nou
bris. MDCVII.

Ego Don Horatius qui su
pra manum propria.

Imprimatur Florentiæ
Horatius Quaratesius V. ic: Flo
substitutus.
Fra Lelius Inquisitor.

Petrus Caballus pro Ser. Magno
Duce Etruriæ Aud: Fiscalis.